Laudatur etiam a Lambecio lib. V de Bibl. Caesar. p. 150 opusculum aliud Zonarae, hoc titulo *Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ, Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἡνίκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται* etc. sed haec epistola est ex iis quae sub nomine etiam Glycae circumferuntur; de quibus mox agemus.

Scribit idem Lambecius lib. IV servari in eadem bibl. Caesarea anonymi cuiusdam auctoris Paraphrases 33 in totidem S. Gregorii Nazianzeni carmina, de quorum auctore nondum liquet, inquit idem Lambecius, nisi sint Nicetae Davidis Paphlagonis, quem *Δαδύβρου* scilicet episcopum nominatum ait David Hoeschelius 1), cuius Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha et Monosticha latine versa edita sunt ab Hercule Phaello Imolae an. 1588, vel potius Ioannis Zonarae, qui non solum S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, verum etiam alia non pauca partim eiusdem partim diversi generis monumenta antiqua commentariis atque paraphrasibus suis illustravit. vide p. 39 et 247 eiusdem lib. IV 2).

---

1) in Bibl. August. p. 46.

2) [Zonarae Prooemium Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha editum est in libro inscripto *ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ μονόστιχα. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα.* Venet. ap. Franc. Zanetum 1563. 4. folio 3 recto. commentarium autem ipsum non Nicetae Davidis

Digitized by Google

Laudatur praeterea eiusdem Zonarae Lexicon, de quo ita Iosephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum, quae est 48 inter Scaligerianas editas "ego quoque videor mihi non inutiliter Zonarae Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui" (Henrici Stephani) "si per te et affinem tuum Paulum Stephanum eius usura brevis mihi contingat." [ed. ab *I. A. H. Tittmanno* Lips. 1808 2 vol. 4. sed de auctore valde dubito.]

Meminit denique Ioannes Pontanus, in praefatione ad historiam Ioannis Cantacuzeni, poëmatum Ioannis Zonarae de Processione spiritus sancti, quae a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab huiusce urbis viris doctis rescire potui [1]). sic porro Pontanus "Zonaram fuisse schismaticum testari possunt eius poëmata aculeatissima de processione sancti spiritus, et alia adversus Latinos composita, quae Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat." quae quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtonum [2]).

Enimvero praeter supra laudata Ioannis Zonarae opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolae dogmaticae, continentes obscuriorum sacrae Scripturae locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius [3]); quas quidem Ioanni Zonarae quidam codices, alii Michaeli Glycae adscribunt, adeo ut hactenus incertum maneat utrius sint: tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius [4]) ut Glycae potius illas tribuat quam Zonarae, ubi ita scribit "haec et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Ioannicium monachum etc. huius etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus

---

esse sed Zonarae, nuper exposuit Ernestus Dronkius (De Niceta Davide. Confl. 1839. 4). Nicetae interpretationem Zonaras videtur amplificasse, ut facile utrique libellus tribueretur. Zonarae prooemium cum Tetrastichorum explicatione habere fertur codex Regius Parisiensis 992, saeculi XV ineuntis, emptus paulo post Zonaram a Ducangio editum.]

1) [v. *Fabricii* Biblioth. gr. tom. X (1721) p. 245 v. 7.]

2) p. 346.

3) lib. 4 de Bibl. Caesar.

4) contra Creygton. p. 544.

Digitized by Google

exercit. in Baronium 16 n. 49, sed sub nomine Zonarae editam, quam Glycae esse codices antiqui repraesentant. cuiusnam vero sint illae epistolae, quae sub nomine Glycae et Zonarae nomine in mss prostant, alius erit disserendi locus." utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quae nos ab hac disquisitione levasset. certe Zonarae has adscribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi iuxta Graecos 6996 (Christi 1488) Ind. 6, hoc titulo *Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοσυγκρίτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης.* continet porro hic codex 45 duntaxat epistolas [1]), quarum prima Ioanni Sinaitae inscribitur, penultima vero, quae est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imp., scripta videlicet, ut praefert inscriptio, *τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν.* initium vero illius est *Τὰ τῆς μαθηματικῆς* etc. atque in haecce verba desinit *ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἱμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευνται* [2]) *τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεξώμεθα· προγνωστικὴν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδόξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον* [3]) *ὀρθὸν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα.* istius epistolae Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino adscribunt, hoc titulo *Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι.* tum vero illius initium hisce verbis concipitur

1) [est hic cod. Regius 3045, manu Theodori cuiusdam exaratus; quem codicem *triginta duas* Zonarae epistolas continere dicit Anicetus Mellotus, Catal. mss bibl. Reg. Par. tom. II p. 601.]
2) [*ἀπηγορεύεται* P.]
3) [*κατὰ λόγον*] *δεκάλογον* P.]

Digitized by Google

Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐληλυθέν. καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοὺς καὶ περιπτυξάμην αὐτῷ καὶ θερμῶς κατεφίλησα. τίνος ἕνεκεν; ὅτι παναγίᾳ τῷ ὄντι καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ "μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ," πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν [1]) *ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς καταβοώμενον κράτους σου. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμακα κατά γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσών, χειροδοθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον* etc. alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram, ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. sub finem vero haec subduntur *πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες.* ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, *συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοί, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσοῤῥήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβίδ, καί τις ὁ φωτίζων τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Ioannis Zonarae nomen praeferebat. Zonarae adscribuntur praeterea istae epistolae in indice librorum graecorum ex cod. ms Reg. 2813. verum codices duo Caesarei, quos laudat Lambecius [2]), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaelem Glycam auctorem praeferunt, hoc lemmate *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς.*

1) [τὸν] τοῦ P.]
2) fol. 30 v.

Digitized by Google

laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycae, ut et ab Hoeschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Iacobo Pontano, qui priores duas latine edidit. sed et ad calcem codicis posterioris Caesarei haec scribuntur *τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ.* promiscue vero hasce epistolas sub nomine Zonarae sive Glycae semper laudat Allatius lib. 2 de consensu utriusque ecclesiae cap. 18 n. 17, lib. 3 cap. 15 n. 8, cap. 16 n. 24, cap. 18 n. 8, et contra Creygtonem [1]). in quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cum scribebat, cuius essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. id duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cuius meminimus, tum ex viris primariis aulae Cpolitanae quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Ioanne Duca magno hetaeriarcha et sebasto, cuius prae caeteris, ut alios praeteream, mentio occurrit apud Nicetam [2]), et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo cuius pariter meminit Cinnamus [3]).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi: tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illius Annales non semel laudet [4]). unde illo multo esse posteriorem non desunt qui coniiciunt. neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Ioannis Zonarae aetatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Ioannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum magnae ecclesiae Cpolitanae nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quae in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quae aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in praefatione ad expositionem nomocanonis. quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones commentarios non suapte sed alterius iussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus,

1) p. 541 544.
2) in Alexio Man. f. n. 7 9. [p. 313 2 et 318 17 ed. Bonn.]
3) lib. 5 n. 14 15. [p. 232 3 et 235 1 ed. Bonn.]
4) Glycas p. 140 286 294 297. [p. 266 7. 530 16. 546 8. 551 22 ed. Bonn.]

Digitized by Google

ita tamen ut Zonaras suos emiserit ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam, si quidem illius sunt Epistolae de quibus agimus: quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacrae Scripturae potius quam illustrandae historiae totus incumbit. quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur adscribunt, adeo ut *τοὺς μὲν πόρνους τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἅρπαγας* efficiant [1]; quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cuius supra meminimus: licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis caelestibus id quod futurum sit nos posse coniectare. ex quibus non omnino tamen conficitur Michaelem Glycam esse auctorem Epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit eiusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonarae, qui in Annalibus [2] deum astra condidisse scribit ut terrae ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. iam vero Manuelem imperatorem astronomiae plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius vita [3]. quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot sacrae Scripturae et patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo [4] divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur: ita ut Manueli aptari potuerit quod Calpurnius [5] de Carino imperatore cecinit

> utcunque tamen conspeximus ipsum
> longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
> et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

1) Glycas p. 26. [p. 50 19 ed. Bonn.]
2) lib. 1 n. 1.
3) lib. 2 n. 7, lib. 5 n. 2 8, lib. 7 n. 7. [p. 126 10. 199 24. 220 3. 286 22 ed. Bonn.]
4) lib. 6 n. 2. [p. 253 16 ed. Bonn.]
5) ecl. ult.

Digitized by Google

HIERONYMI WOLFII
IN
IOANNIS ZONARAE ANNALES
PRAEFATIO,
AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM
D. ANTONIUM FUGGERUM
KIRCHPERGAE ET WEISSENHORNI DOMINUM,
CAESAREAE MAIESTATI A CONSILIIS, ETC.

Opus hoc historiarum Ioannis Zonarae, viri sua aetate in Cpolitano imperio clarissimi, longo iam tempore a multis viris doctissimis desideratum, duplici potissimum nomine commendandum esse videtur, tum propter amplitudinem et varietatem rerum quae in eo continentur, tum ob brevitatem, hominibus vel in re publica vel domesticis negotiis vel studiis gravioribus occupatis, vel iis quorum infirmior est memoria, gratam atque aptissimam. neque enim cuilibet accommodatum est omnia scripta omnium historicorum evolvere, et praecipuas res summorum imperiorum a mundi exordio, quantum quidem mortalitati nostrae concessum est, usque ad hanc aetatem, ignorare turpissimum. nam si Cicerone auctore inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod haec tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest quodque praesens est se accommodat, paululum admodum sentiens praeteritum aut futurum, homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus praesentibus adiungit atque annectit futuras,

Digitized by Google

facile totius vitae cursum videt, ad eamque degendam praeparat res necessarias, vix hominis nomine dignus est qui memoria et cogitatione ultra suam aetatem non progreditur. ac praescientia rerum futurarum, si qua est, divini potius esse muneris quam humani ingenii creditur: etsi non desunt qui vel natura incitati vel arte adiuti vel usu rerum edocti ea praedicunt quae multo post futura sunt. quae quidem facultas et latius pateret et multo esset illustrior, si tria haec in uno homine coniungerentur: praeteritarum autem ignoratio in homine litteris vel mediocriter imbuto vix ullam habet excusationem. neque enim in hac, ut in illa, vel de rei difficultate vel de naturae nostrae imbecillitate queri possumus, sed vel supina negligentia vel occupatio supervacanea vel inane voluptatis studium culpam omnem sustinet. quis enim omnium mortalium ita negotiis obruitur quin, si parcus et prudens sit temporis pretiosissimi et irreparabilis thesauri dispensator, unam atque alteram horam legendo meditandoque absque ullo incommodo valetudinis et rerum suarum dispendio quotidie possit impendere? videmus enim quibus nugis, ne quid dicam gravius, plerisque tempus pereat, quod longe rectius studio sapientiae tribueretur. nec iniuria vir gravissimus Seneca exclamat, magnam vitae partem nihil agentibus, maiorem male agentibus, totam aliud agentibus elabi, eoque fieri ut necessaria ignoremus quoniam supervacanea didicerimus. supervacanea porro intelligit immodicum voluptatum honoris potentiae pecuniaeque studium, necessaria vero philosophiam, hoc est humanarum divinarumque rerum cognitionem: quae si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium oculi atque animi in illum unum tanquam deum quendam converterentur. nunc quia nomen inane multi iactitant, perpauci vero ita sunt morati ut recta ratio postulabat, fit ut res ipsa vulgo non intelligatur, et nomen odiosum aeque atque ridiculum habeatur. idque haud scio quam recte. neque enim disciplinae aut vitae genus ob hominum inscitiam aut perversitatem iure traducitur: et qui tam severe iudicant, ne semetipsos quidem, nisi mentis errore afficiantur, probabunt. homines enim sunt ut caeteri, et iisdem affectibus obnoxii: et parum liberale est unum atque alterum naevum exagitare dissimulatis virtutibus, quarum in philo-

Digitized by Google

sophis non minima est studium inquirendi veri et moderandarum cupiditatum, ut intra naturae praescriptum coherceantur, eodemque pro sua virili producendi quam plurimos. postulare autem ut ii sese infra omnes infimos homines abiiciant, et in extremis sordibus Cynicorum more vivant, immanis est inscitiae atque superbiae. sed ad historiam redeo, quae cum crassior quaedam philosophia sit, et exemplis potius quam rationibus vitam civilem ac privatam instituat, non dubium est quin magnam habeat utilitatem cum summa suavitate coniunctam. in qua quae praecipue observanda sint, prudenter Livius his verbis monet "ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit. labente deinde paulatim disciplina, velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, ventum est. hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monimento intueri: inde tibi tuaeque rei publicae quod imitere capias, inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites." hactenus ille. sed et Cicero, praeterquam quod ait "nescire quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum," magnis ornat laudibus historiam, cum testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriae, magistram vitae, nuntiam vetustatis appellat. quae cum vera esse non negem (neque enim quorundam fabulosa commenta rem ipsam corrumpere possunt), tamen, si maxima ex parte omnium aetatum consilia, acta, eventus aestimemus, quid est aliud historia quam ingens quoddam pelagus ac potius naufragium miserabile humanae stultitiae, improbitatis et miseriae, et speculum longe illustrius vitae privatae et politicae, quam ulla comoedia aut tragoedia? quae cogitatio in huius operis elucubratione perpetuo sensibus atque animo meo obversata est. sive enim sacra sive profana, sive nova sive vetera occurrerent, sive Hebraea sive Graeca tractarentur, cramben eandem repeti, cantilenam eandem cani videbam: omnia plena erratorum, scelerum, fraudum, mendaciorum, praestigiarum, aerumnarum, dissensionum, caedium, excidiorum.

Digitized by Google

ut res ipsa abunde doceat, humanum ingenium ab ipso ortu esse depravatum, neque inanem exstitisse divinam exsecrationem, cum ubique sudor vultus, ubique tribuli et spinae, ubique serpentis insidiae appareant. boni et simplices pauci sunt: et si qui sunt, ii alias per imprudentiam in facinus ruunt, alias malis exemplis corrumpuntur, alias a maximo improborum et callidorum numero opprimuntur. et quanquam naturae hominum duo insignia munera, facultas rationis et orationis divinitus sunt concessa, quibus ad contemplandum et celebrandum huius universitatis opificem, et ad tuendam ac iuvandam hominum inter ipsos communitatem utendum erat, in nullum fere alium usum a plerisque ea converti videmus, nisi ad expeditius fallendum et nocendum, et vastitatem efficiendam. an non ita plerumque vivitur, ut quemadmodum ferae in solitudine et silvis, pisces in fluminibus et mari, volucres in immensis illis aëris spatiis, magna ex parte quasi naturae quadam lege imbecilliores opprimunt et devorant, ita etiam in nostro genere callidissimi et potentissimi quique imbecillitatem et simplicitatem caeterorum in suam praedam vertunt, aliquando etiam sine fructu, quid fructu dico? immo etiam cum periculo et incommodo suo aliis nocent; idque cum faciunt, quasi re bene gesta gloriantur. interea theologi de iusto dei iudicio, de praemiis piorum, de suppliciis improborum concionantur; cum ipsi sese, quasi terrigenae illi fratres, acutis exacerbatae linguae pugionibus confodiant, eundemque morbum in animis auditorum propagent, ut haud iniuria dubitari queat an ... sed temperandum est calamo, ne ipse in idem vitium incidam. philosophi de officiis praecipiunt, et ipsi ab officio saepe decedunt: neque fere usquam plus est iniuriae quam ubi iuris plurimum, neque plus morborum quam in copia remediorum, nusquam plus paupertatis quam in summis opibus, nusquam plus dementiae quam in summa sapientiae persuasione. quae quidem sapientia consuetudinis inveteratae, acceptaeque a maioribus opinionis, et auctoritatis magistrorum fundamentis haud scio quam firmis innititur. hinc infinita illa dissidia religionum, doctrinarum, morum, institutorum, et propter opinionum (rei levissimae) diversitatem capitales inimicitiae, seditiones perniciosae, bellaque atrocissima. inter haec alii fremunt, alii gemunt, aliqui

Digitized by Google

rident, multi flent, plures indignantur, plerique omnes conqueruntur. nemo non aliena vitia perspicit et exagitat; sua vero serio et constanter emendat fere nemo, aut sane paucissimi: in quo exiguo grege utinam et ego meipsum numerare possem. sed nescio quo pacto exemplis magis omnes trahimur quam disciplina et ratione, *καὶ τὸν ἐπιχώριον*, ut Aristophanes ait, *ἀσκοῦμεν τρόπον*. pauci enim ea sunt vel prudentia vel animorum constantia praediti, ut cum vitiis et erroribus suorum temporum pugnare possint. ita quasi fato quodam praecipites in vitia ruimus, et ex vitiis in calamitates. quae fortasse minus multae aut saltem leviores essent, si rectam rationem et reliquos adhuc in natura nostra divinae lucis igniculos in tantis fortunae tenebris tanquam fidelissimos duces sequeremur. quod si fieret, non toties fatum fatui et caecam fortunam caeci accusaremus, neque nostros errores et vitia obscuris quibusdam nominibus velaremus. nulla quidem est in terris vel sapientiae vel virtutis perfectio, et frustra describitur nobis ille qui apud Horatium

uno minor est Iove: dives,
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
praecipue sanus,

aut apud Gellium *ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων*. qualis, ut opinor, nemo unquam fuit neque futurus est. omnibus enim, quod satiricus perfacete addit, non modo pituita, sed flava et atra bilis aliquando molesta est. quod utinam minus crebro et in dictis et in factis praestantissimorum virorum cerneretur. alioqui doctrinam divinarum humanarumque rerum et integriorem et minus controversam et multo expeditiorem haberemus, et vita mortalium aerumnis longe paucioribus premeretur. sed tantam esse vecordiam et malitiam, ut quasi de industria miseros et nos ipsos et alios esse velimus, id vero est dolendum. quid enim obstat, morbis et morte exceptis (quorum illos intemperantia voluptatum atque libidinum cumulamus, hanc saepe quasi refugientem ultro arcessimus), quo minus etiam in terris aliquo modo beati simus? cum divina benignitas ad victum et cultum necessaria liberaliter omnia suppeditet, modo recte uteremur et humaniter communicaremus. nam pestilentiae quidem et sterilitates et terrae motus et siccitates et inundationes, et si qua sunt eius

Digitized by Google

generis alia publica mala, in unius hominis aetatem rarius incidunt. bella vero nulla naturae necessitate, sed hominum, eorumque principum et regum, quos virtute et sapientia praestare caeteris et cives suos reddere beatos decebat, vel ambitione vel aemulatione vel avaritia vel crudelitate exsistunt, et longe maiorem malorum omnium molem secum trahunt quam quae naturae nobis necessitas imposuit. ne vero caeteri nos excusatos putemus, nunquam principes tantos ciere tumultus possent, nisi inferiores, iisdem morbis laborantes, illorum cupiditatibus non ministros modo sed duces etiam se praeberent: qui honesti laboris fuga et scelesti otii cupiditate divina humanaque iura omnia violare non verentur, et horribili furore et plus quam belluina immanitate grassantur; cumque ipsi pessimi sint, bona etiam aut saltem mediocria ingenia corrumpunt, aut caeteros quietos et tranquillos esse non patiuntur. saevum profecto et horrendum est Martis imperium, qui ferro et igni saevit; sed paulo mitior est Mercurii tyrannis, qui falsis rationibus et callidis verbis miscet omnia, et tela fere suppeditat quae Mars eiaculetur: pessimi sane demagogi, ut ab astrologis appellantur, ac potius *κοσμοκράτορες*. nam vis et fraus, iure et veritate oppressis, plerumque rerum potiuntur. quod etsi ita in promptu est, ut optabile sit esse obscurius, tamen nescio quo modo lectione historiarum magis animus commovetur et ad considerandam vitae humanae sive comicotragoediam sive tragicocomoediam et miseriam simul et vanitatem impellitur: quae nos ad aliam vitam, piis divinitus promissam, maiori studio et ardentioribus votis expetendam excitare debebant, et dum hic sumus, etiam diligentiores, prudentiores, et moderatiores efficere. nam tragicos casus, quorum plenae sunt historiae, vel ex superbia et ambitione, vel ex negligentia et temeritate, vel ex animi libidine et iniustitia ortum habuisse fere constat; perpaucos autem, dum officio fungerentur, impegisse. cuius rei Zonaras noster exempla paene innumera, in postremo tomo praesertim (absque quo si esset, posteriorum imperatorum res gestas magna ex parte ignoraremus) compendio proponit. in quo etsi alii alia desiderare possunt (quis enim satisfaciat omnibus?), tamen conatus eius egregius atque institutum praeclarum fuit, certam quandam historiae quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis

Digitized by Google

voluminibus membra et partes eius in unum quoddam corpus redigendi, ea moderatione adhibita, ut instar lauti magis quam copiosi convivatoris optima potius quam plurima apponeret, nec convivas cum fastidio dimitteret, sed ita affectos, ut Timotheum de Platone dixisse ferunt, cenas eius etiam postridie delectare. delegit enim sibi non omnium sed praecipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel praecipuas duntaxat vel eas quae ad ecclesiae seriem perspiciendam facere videbantur, consilio iudicioque suo. quod sive probarit sive non probarit omnibus, hoc illi cum multis, illud cum paucissimis scriptoribus, ne dicam nullis, commune erit. in bona tamen spe sum, fore plures qui avide accepturi et gratis animis hoc opus pellecturi sint, quam qui contempturi aut calumniaturi. morosorum vero et obtrectatorum querelas atque aculeos quis hominum deorumve effugiat? quibus, nisi quod ipsi fecerunt, nihil placet: ac ne ipsi quidem sibi ubique satis placent, alioqui non alias aliud probarent atque improbarent. non infitior posse videri Zonaram alias prolixiorem, ut in Iudaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium rebus gestis. in quo si qua culpa commissa est, excusationem habere videtur hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quae scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit; qui auctores inter se dissimillimi sunt. quod autem non omnia persecutus est, fortasse non negligentia sed de industria fecit. nam omnium gentium atque urbium res gestas describere immensi est negotii atque adeo infiniti, ut taceam non semper esse fructuosum. ac parum abest quin dicam, id in tanta amplitudine orbis terrarum non magis esse vel utile vel necessarium, quam si quis in civitate maxima omnium domorum acta cognoscere studeat. insignia, rara, exquisita, nos aliqua ex parte attingentia ignorare turpe: consectari singula curiositatis potius est quam eruditionis. si geographis, qui totius terrae formam tenere se profitentur, multas et magnas orbis partes ignorare licuit, cur non idem in historia quoque cum venia liceat? iam quod ad elocutionem attinet, contiones, strategemata, consilia, eventus, eadem fere ubique recurrunt. nam finitimos populos plerumque de finibus dimicare, esse causas vel praetextus quosdam bellorum et subitas occasiones, alia atque alia consilia, sententias, eventus, quis nescit?

Digitized by Google

occidit miseros crambe repetita magistros

inquit ille, et alio loco

quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
gaudia, discursus nostri farrago libelli.

Quae cum ita se habeant, et philosopho auctore singularia infinita sint nec ullis scientiae limitibus includi possint, praecipua ex iis scire satis est (de hominibus occupatis loquor) et ordinem temporum ac rerum gestarum animo complecti. quam ad rem non parum adiumenti afferet Zonaras noster, qui ab orbe condito auspicatus ad suam usque aetatem, hoc est ad annos abhinc amplius 400 processit. in quo necesse habuit prima quasi rerum gestarum cunabula ex litteris sacris, Iosepho atque aliis scriptoribus vetustis repetere. quae nobis, si absque Mose fuisset, plane ignotae essent: cui nos ut divinitus edocto religio nostra, quamvis adversante philosophia, credere iubet ac cogit. utut sit, auctorem eo antiquiorem et certiorem non habemus. est enim Iudaica historia veluti fundamentum aut principium caeterarum omnium: et gentis illius mirum quoddam fatum, ut paene totum terrarum orbem pervagata, in summis exterarum gentium odiis et adversationibus, tamen opiniones suas mirabili sive pertinacia sive constantia defenderit, atque etiam hodie tueatur, et multos in suam sententiam pertraxerit. quale nihil in caeteris populis cernitur: quorum historiae, insertis etiam et explicatis Danielis et aliorum prophetarum oraculis, obiter attinguntur, ut Aegyptiacae, Assyriae, Persicae, Macędonicae, Romanae. quanquam his peculiare volumen dedicavit, quod ego in duas partes distinxi, et Christianos imperatores ab ethnicis separavi, ut totum opus tripartitum esset. de cuius argumento hactenus. nunc etiam de stylo auctoris nonnihil est dicendum, qui cum non unius sit generis et formae, sed pro varietate auctorum, e quibus haec petita sunt, et ipse variet, in ultimo tomo praesertim, qua aetate Graeca pariter et Romana lingua degeneravit, eruditi homines in eo nonnihil desiderabunt. desideravi et ipse nonnihil, parsimoniam in primis Demosthenicae orationis, quae meo palato longe fuit gratior, et ad convertendum non tantum iucundior sed etiam facilior: utut aliis difficilis videatur, et mea tenuitate superior. nam in hoc auctore multae sunt aut mihi certe esse videntur περισσολογίαι, quae ut Graecum

Digitized by Google

sermonem suo quodam genio saepe non infeliciter lascivientem deceant, Latinis auribus multo severioribus, nisi multum ego fallor, permolestae futurae erant. eaque de causa, ubi citra sententiae detrimentum fieri potuit, a me alicubi praetermissae sunt. idque cum non tam mea sponte, quam monitu doctissimorum virorum, Ioachimi Camerarii et Ludovici Carini, fecerim, me facile viris doctis probaturum confido. imperitorum autem et obtrectatorum iudicia, quae vel nulla vel perversa sunt, contemno, neque facio pluris quam morsum pulicis elephantus Indicus. Fabris enim fabrilia tractanda sunt, neque temere falces in alienam messem immittendae. concessa omnibus est ab invidia et imperitia ad aequitatem et eruditionem provocatio. idem mihi ius, ubi vel decere vel necessarium esse visum est, et in dialogismis ad perpetuam orationem redigendis haud raro permisi, ne propria nomina et pronomina quaedam et verbum *inquit* et alia huiusmodi ad fastidium usque inculcanda essent. quis enim non malit cum Aristoxeno redire in latomias, quam eandem cuculi cantilenam audire toties? ut enim Graeci vel ob complures breves et commodas connexionum particulas, vel ob participiorum, quae praeteriti temporis significationem habent, multitudinem, sive etiam aliis de causis, quas hic persequi longum fuerit, a tautologiis et perissologiis minus abhorrent, et omnia minutius et curiosius persequuntur, sic qui apud Latinos imitari eadem voluerit, náe is in horrendam et ineptam incidet loquacitatem? qui igitur interpretem huiusmodi salebras sine ullo sententiae detrimento vitantem vel negligentiae vel malae fidei accusant, suam vel inscitiam et iudicii inopiam vel morbum animi et nulla de causa maledicendi libidinem produnt. neque tamen indulsi mihi nimium. nam quod Plato ait, ei qui in disputando respondeat interrogantis vestigia persequenda esse, id multo magis faciendum esse alienae linguae interpreti cogitavi. quod si is scriptor, quem explicandum susceperis, recto itineris praecessit, hoc est si rerum bonitatem cum elegantia dictionis coniunxit, interpres et minus laboris et plus laudis capit: sin illius salebrosa est oratio, et res haud magni momenti continet, alienae culpae dare poenas etiam interpres cogitur. nam, ut Sophocles alio sensu affirmat, malarum rerum pulchra esse commemoratio non potest, et ordinem ac dispositionem earum

Digitized by Google

immutare vix conceditur. ut igitur oratio interpretis Latina et pura sit, ipsa tamen compositio horridum quiddam atque asperum sonat, membris et partibus eius non multo melius quam arena sine calce cohaerentibus. quae vitia qui effugere volunt, in aliud gravius plerumque incidunt, ut dum orationi poliendae et exornandae impense student, ab auctoris sententiis longe aberrent, et gravissimo perfidiae crimine se obstringant. his incommodis acute perspectis, summo ingenio et doctrina vir Ioannes Iovianus Pontanus praeclare scripsit, malle se quemque afferre sua, quam offerre aliena: et quod scripsit, ipse in doctrina morum et rerum caelestium explicanda fecit, a philosophis et astrologis petita materia, quam suo arbitratu et collocaret et exornaret. sed tanti viri exemplum ego imitari, praesertim in hoc scripti genere, et ingenii tenuitate et aliis incommodis impeditus, neque possim neque ausim. illud mihi satis fuit, ut sententias bona fide appenderem, et dictione, quantum ipse auctor et orationis meae paupertas pateretur, quam minime aspera uterer aut barbara. nec tamen ipse mihi ubique satisfeci, et in meae infelicitatis parte numeravi, quod in auctorem luculentiorem non incidissem. non quod hunc reprehendam, sed quod vereor ne ab aliis ipse reprehendar, qui nihil nisi florem dictionis sequuntur, qui profecto in brevitate annalium locum non habet. ubertatem Livii quaeris? at orationis divitiae cum paupertate rerum coniungentur. diligentiam in minutissimis quibusque persequendis postulas? atqui in immensum volumen excrescet historia, nec iam compendium erit sed dispendium aut potius furtum. nam quem prolixitas voluminum delectat, is non epitomas sed historias legat. quas si omnes meminit, bene est: sin minus, Zonara tanquam indice et monitore utatur; ac cogitet nihil ab omni parte beatum esse, et multiplicem variarum rerum in uno non usque adeo magno volumine cognitionem styli incommodis, si qua sunt, comparet. quae ratio me quoque movit ut non conquiescerem prius quam saxum hoc, quod toto hoc anno versavi, ad montis cacumen perductum tandem aliquando constitisset, ingenti utique labore et multis sudoribus, quocunque tandem eventu. nam ut de conversionis ipsius aerumnis taceam, quantum difficultatis in ipsa lectione fuit ob characteres elegantissimos illos quidem sed lectu diffi-

Digitized by Google

cillimos propter affectata illa scribendi compendia et τῆς καλλιγραφίας studium, unde infinita errata oriuntur ex facili notarum mutatione: quae cum alicubi non dissimiles sint, vim diversissimam habeat. unde factum ut, quemadmodum Plutarchus se Latina verba ex cognitione rerum assequutum profitetur, ita ego saepe de varietate lectionis ex sensu et constructione divinare sim coactus, ratione plane praepostera. nam et verba rerum, et litterae verborum notae ut essent sunt inventae. neque tamen hac solertia me expedire ubique potuissem, nisi plures mihi codices suppeditati fuissent. quorum tres e tua bibliotheca accepi, magnis sumptibus Cpoli comparatos opera atque industria egregii viri et prudentia longinquis peregrinationibus Ulyssis exemplo ac multo rerum usu parta clari, Ioannis Dernschwam, qui in fronte vetustissimi illius codicis [1]) haec verba scripsit: "Chronicon Ioannis Zonarae duobus tomis distinctum, quorum prior historiam Iudaicam potissimum ab exordio mundi usque ad Hierosolymorum excidium, alter imperatorum tam Graecorum quam Romanorum res gestas usque ad Alexii Comneni obitum complectitur: anno domini 1554 Cpoli in Pera sive Galata (quam olim κέρας sive Cornu appellatam putant) 150 ducatis Hungaricis emi a magnifico domino Antonio Cantacuzeno: cuius familia, dum res Byzantina stetit, imperatoria fuit, nunc sub Turcico dominatu ad privatam condicionem redacta est: ab eoque rogatus sum ut hoc opus aliquando excuderetur, et impressi codicis sibi copia fieret ob Zonaram conservatum. praeterea secundum Zonarae tomum de imperatoribus conferendi gratia ab Alexandro chartophylace triginta ducatis Hungaricis comparavi. alium item Zonarae libellum de rebus imperii et ecclesiae a Constantino usque ad Iustinianum imperatorem ex vetusto codice transcribendum curavi." hactenus ille. quartum codicem [2]), qui a Constantino Magno incipiebat, omnibus ornamentis amplissimi viri, domini et Maecenatis mei, Ioannis Iacobi Fuggeri bibliotheca instructissima suppeditavit. denique praeter omnem spem et exspectationem meam accessit Viennensis bibliothecae codex integer [3]), benignitate singulari cla-

1) [inter nostros C.]
2) [D.]
3) [B.]

Digitized by Google

rissimi viri et senatoris regii, domini Gasparis a Nydprug etc ultro suppeditatus: quem totum, adiutore Hieremia Martio, praeclarae indolis adolescente (cuius in hoc opere Graece Latineque exscribendo solerti et fideli opera sum usus), contuli, et multas nostri codicis lacunas explevi. qui sicubi ambo non satisfecerunt, caeteros quoque tres inspexi, et e variis difficultatibus me quanto potui studio expedivi: quanto labore, nemo aestimabit melius quam qui ipse operis non dissimilis periculum fecerit. si qua, in diversitate illa, momenti alicuius esse videbantur, ad finem operis adscripsi. manifeste vero praetermissa aut depravata non annotavi. cuius enim dementiae fuerit, persequenda librariorum vel inscitia vel negligentia vel perfidia et mihi et lectoribus facessere negotium? ut enim oculus integer candidum a nigro facile discernit, sic acuto et exercitato ingenio videre non difficile est, quae lectio vera sit, quae praetermissa, quae addita ex supervacuo, quae depravata sint. neque his contentus indicem quoque adieci: quod genus operae, quamvis lectoribus utilissimum, ut nihil admodum laudis et ingenii habet, ita multum temporis et laboris sibi vendicat, praesertim si eum indicem per temporis angustias et alias occupationes ita pertexere licuisset uti coeperam. quid multa? confido me officio fidelis et non indiserti interpretis sedulo esse functum; in id certe operam dedi. sin aliis aliud videbitur, illud saltem affirmare possum, me quod scierim et potuerim fide optima fecisse et diligentia summa; sicubi vero aut ingenii vires aut eruditionis nervi mihi defuerint, fortunae eam esse culpam, infelicitatem meam, quae cum aliis tantum displiceat, mihi etiam plurimum nocet. neque tam iniquum ullum esse puto, qui plus a me postulet quam praestare queam. ego vero iis, qui vel in hoc vel in aliis operibus a me conversis laudem solidam assequentur, gratulabor potius quam invidebo. cum enim, quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam famam captarim quam famem vitarim, si eae lucubrationes meae illustrioribus aliorum editionibus, quales aliqui pollicentur, aliqui etiam minantur, abolitae fuerint, non iniquo animo ferendum erit, meum privatum dedecus (si quod tamen infelicis potius quam inhonesti conatus est dedecus) cum rei publicae litterariae utilitate coniungi, cui ex animo consultum

Digitized by Google

esse et volo et volui. vellem equidem id cum laude mea potius et gloria fieri (neque enim amorem nostri ab ipsa natura insitum plane abiecimus), sed si fatis aliter visum est, hoc quoque aequi bonique faciendum erit.

Atque haec de auctore et argumenti genere et opera mea: nunc ad eam praefationis partem accedendum est, in qua alioqui multum sudare solitus, quod verebar ne vel in assentationis suspicionem commemorando vel in negligentiae crimen dissimulando verirem: nunc ut liberiore sim animo, tua modestia vel potius magnitudo animi facit, qua id ab ineunte aetate meditatus esse videris quod apud Ciceronem Scipioni divinitus praecipitur, ut alte spectans atque ad caelestem sedem et aeternam domum contuens, neque sermonibus vulgi dederis te, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum, sed suis te illecebris ipsa virtus traxerit ad verum decus: ut illud Graeci poetae de te dici possit

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλεις,
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

quibus versibus id Amphiarao suo tribuit Aeschylus, ut affirmet eum virum optimum esse malle quam videri, cuius animus tanquam ager fecundus et probe subactus, conceptis virtutum seminibus, honestorum consiliorum et quae inde oriuntur actionum quandam quasi segetem proferat. quae si per omnem aetatis tuae decursum, quem ita moderatus es ut honesta negotia suavissimo otio semper anteposueris, singulatim explicare studeam, opus Iliade prolixius mihi nascetur, et tuae aures satis scio non ferent. quae igitur calamo vel tua voluntas vel mea verecundia negat, ea posteritatis sermonibus vel invito te celebrabuntur. idem enim est gloriae quod crocodili ingenium: sequentes fugit, fugientes sequitur. nihil (ut eloquentiae Romanae parens testatur) de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet. famae nemo unquam imperare potuit. non patitur illa Hesiodi dea sibi frenos iniici: loquitur et clamat, ut ab ipsa posteritate vox eius audiatur. praedicabit illa non tantum ornamenta fortunae, ob quae cum vulgo beatus habearis, tu ea umbrae parietum comparare soles, sed et ingenii magnitudinem et prudentiam tuam periculosissimis temporibus in re et publica et privata,

Digitized by Google

animi constantiam et aequabilitatem in utraque fortuna, in amplissimis opibus, quas a maioribus acceptas et feliciter conservasti et sine cuiusquam iniuria amplificasti et ad bene merendum de multis contulisti, eam modestiam et debiti etiam honoris contemptum, qui vel in infimis hominibus raro invenitur; nec tacebit vel benignitatem erga miseros et afflictos, vel liberalitatem erga studiosos et doctos: in quo numero si quis mihi locus est, et si inter Luscinios, Carinos, Tonneros, Streitos, Siphanos atque alios complures, qui tua munificentia fruuntur, numerari mereor (ut autem merear, tua humanitas potius quam mea dignitas facit), et ego nomen meum ex grati animi officio profiteri debeo, qui post multas aerumnas tua liberalitate, Vir amplissime, tandem hoc consecutus videor, ut ad omnes fortunae casus, qui varii impendent, aliquid parati subsidii (nisi fatalis aliqua calamitas intercesserit) me habere confidam: et hic annus, cui tu tanquam salutare quoddam sidus affulsisti, id mihi attulerit, quod per omnem aetatem exhausti labores non contulerunt. ita res ipsa me docet, nimis verum illud esse regii vatis oraculum, qui frustra ante lucem surgi et panem comedi doloris, deum autem suis vel dormientibus suppeditare omnia confirmat. etsi autem in tanto opere neque dormitare neque dormire nimium, ac ne valetudinis quidem semper rationem habere licuit (nam alias nunquam tantum volumen tantillo spatio temporis absolvissem), tamen, si hi decem menses, quibus in hac lucubratione continenter elaboro, cum omni anteacta vita mea comparentur, plane dormientis rete traxisse videor, meque insigni beneficio tuo devinctum esse hoc publico monimento testor, quod tua munificentia studiosis historiarum nunc primum communicatur. faxit deus optimus maximus ut neque te sumptuum tantorum neque me laborum paeniteat; idemque te cum liberis tuis ornatissimis totaque amplissima Fuggerana familia quam diutissime incolumem et florentem conservet. Augustae Vindelicorum, ex bibliotheca herili: calendis Novembris, anno a nativitate domini MDLVI.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ P I 1 W I 1

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.*)

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

1. Εὐστόχως ἄν τις εἴποι ἐπιτωθάζων μοι, μεῖζόν σοι τοῦ A ἔργου τὸ πάρεργον. ἔδει γάρ με ὡς ἀληθῶς πάλαι τῶν πραγμάτων ἀφέμενον καὶ τυρβάζεσθαι ἀποσχόμενον καὶ τοῦ μέσου μεταναστεύσαντα καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἑλόμενον ζῆν ἀειφυγίαν τε ἑαυτοῦ καταψηφισάμενον, οὕτω τὰ καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομήσαντος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐπειδὴ τοὺς δεσμούς μου διέρρηξε τῶν φιλτάτων στερήσας με, οἷς οἶδεν ἐκεῖνος λόγοις, ἀλγεινῶς μὲν ἐμοὶ συμφερόντως δ᾽ ὅμως, μηδὲν ἕτερον μετιέναι ἢ ὅσα ψυχὴν καταρτίζουσι καὶ καθαίρουσι

*) Sic PW. ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ζωναρᾶ τοῦ (τοῦ om A) γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου (δρογγαρίου B) τῆς βίγλας καὶ (καὶ om A) πρωτοασηκρήτις AB: Χρονικὸς τοῦ τιμιωτάτου μοναχοῦ κυρίου ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ C. 3 μεταναστεύσαντα ABCW, μεταναστεύσοντα P. 4 καὶ om C. ἑαυτοῦ] ἑαυτῷ AC. 6 ἐπεὶ A, ἐπεῖ B, ἐπεὶ δὲ C. στερήσας με om A. 7 δ᾽ ὅμως] δὲ πάντως A, δὲ παντὸς B.

IOANNIS ZONARAE

ANNALES.

PRAEFATIO.

1. Equidem haud inepte rideri queam ut supervacuis in rebus magis quam in necessariis occupatus. posteaquam enim e medio excessi vitamque delegi solitariam, perpetuo mihi ipsi exilio indicto (idque illius nutu arcanoque consilio factum qui supra nos est, ruptis vinculis meis ereptisque mihi carissimis, cum dolore quidem, utiliter tamen), omnino me iampridem omissis negotiis turbisque repudiatis nihil aliud tractare con-

Digitized by Google

P I 2 τῶν ἐντακέντων αὐτῇ μολυσμάτων διὰ φαυλότητα πράξεων, καὶ
ἅττα ἐξιλεοῦνται τὸ θεῖον ἐφ' οἷς παρώργισται παρ' ἐμοῦ, παρα-
βεβηκότος τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα, καὶ ζητεῖν οὕτω
συγγνώμην ἐπὶ τοῖς πταίσμασιν. ἐγὼ δ' ἀμελῶς πρὸς τὸ ἔργον
ἐκ τῆς πρὸς τὰ καλὰ νωθρείας διατιθέμενος, περὶ τὸ πάρεργον
κατέτεινα τὴν σπουδήν.

Ἀλλ' ἵνα τι καὶ ὑπεραπολογήσωμαι ἐμαυτοῦ, οὐκ οἴκοθεν
B ὡρμήθην πρὸς τὸ ἐγχείρημα, ἄνδρες δέ με φίλοι πρὸς τοῦτο
παρέθηξαν, σχολάζοντα βλέποντες καὶ "χρῆσαι" λέγοντες "τῇ
σχολῇ πρὸς ἔργον κοινωφελές, καὶ κείσεταί σοι πρὸς τοῦ θεοῦ
κἀκ τούτου ἀνταπόδομα." προσεπῆγον γὰρ ὡς οἱ περὶ τὰς ἱστο-
ρίας πονήσαντες καὶ τὰ πάλαι γενόμενα συγγραψάμενοι, οἱ μὲν
διεξοδικώτερον τάς τε ἄλλας πράξεις τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ
C στρατηγήματα συγγεγράφασι, παρατάξεις διηγούμενοι καὶ συμ-
πλοκὰς στρατευμάτων καὶ στρατοπεδείας καὶ χάρακας καὶ εἴ τι
τούτοις ἑπόμενον, πρὸς δὲ τοῖς περιηγήσεις χωρίων καὶ δυσχωρίας
ὁδῶν καὶ ὄρη προσάντη καὶ δύσβατα καὶ αὐλώνων στενοχωρίας καὶ
πόλεων ὀχυρότητας καὶ πυργωμάτων ὕψη μετέωρα καὶ ὡς ἄν τις
φαίη αἰθέρια· τοῖς δὲ καὶ πρὸς ἐπίδειξιν συντέθεινται τὰ συγ-
D γράμματα, ἐπιδεικνυμένοις ὅπως εἶχον περὶ τὸ γράφειν δυνάμεως,

1 ἐκτακέντων B. 4 τοῖς om C. 5 νωθρείας ABC, νωτρίας PW. 7 ὑπεραπολογήσωμαι ABC, ὑπεραπολογήσομαι PW. 10 κείσεταί AC, κείσηταί PW. σοι ABCW, σοί τι P. πρὸς τοῦ — τούτου A, κ. τούτου π. τ. θ. PW. 11 προσεπῆδον A. 13 τὰς ἄλλας τε A, om C. 17 αὐλῶν B, αὐλαίου C. 19 συντίθενται B. 20 περὶ τὸ γράφειν om C.

veniebat nisi ea quae animum excolunt et a maculis pravarum actionum assuetudine impressis purgant, quaeque numen infestum mihi ob eius praecepta violata et desertam iustitiae viam placare queant, itaque delictorum veniam impetrare. ego vero, quae mea ad recte faciendum socordia est, rebus necessariis neglectis in supervacuis elaboro.

Tamen, ut pro mei defensione aliquid afferam, non meapte auctoritate susceptum hoc opus est, sed hortatu amicorum: qui cum me otium agere viderent, id aiebant in negotium aliquod esse conferendum, quod et rem publicam iuvaret et ipsum quoque divinum mihi praemium conciliaret. addebant, eos qui historiis et rebus olim gestis describendis laborassent partim cum alia facta veterum tum strategemata prolixius conscripsisse, atque acies instructas, exercituum conflictus, castrametationes, aggeres excitatos et alia huius generis enarrare, praetereaque loca et impedita itinera et montes arduos atque inaccessos, vallium item angustias, urbium munitiones et turrium altitudines immensas propeque in caelum porrectas quasi oculis subiicere; partim scripta sua ad ostentationem rettulisse, ut suam scribendi facultatem demonstrarent, eoque

Digitized by Google

καὶ διὰ τοῦτο δημηγορίας τε μεταξὺ τιθεῖσι καὶ παρεκβατικώτερον ἢ καὶ ῥητορικώτερον κεχρημένοις τῷ λόγῳ· ἐνίοις δὲ καὶ εἰς διαλόγους τὸ φιλότιμον ἐτελεύτησεν, ὥσθ' ὁπηνίκα περί τινων ἑτεροδοξούντων καὶ σφαλλομένων περὶ τὰ ὀρθὰ συγγράφωνται δόγματα, διαλέξεις ποιεῖσθαι πρὸς ἐκείνους ὡς πρὸς παρόντας, καὶ διελέγ- P I 3
χειν αὐτῶν τὸ κακόδοξον, κἀκ τῆς ἱερᾶς γραφῆς τοὺς ἐλέγχους παράγειν, ἢ καὶ Ἰουδαίοις ἀντιλέγειν, καὶ ἐθελοκακοῦντας δεικνύειν αὐτοὺς εἰ μὴ τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον δέχοιντο, καὶ χρήσεσι κεχρῆσθαι προφητικαῖς, καὶ πρὸς Ἕλληνας αὖθις ἀντικαθίστασθαι, καὶ τὸν ὕθλον ἐκείνων εἰς μέσον παράγειν, καὶ καταμωκᾶσθαι τῶν μυθευομένων αὐτοῖς, καὶ τὰς αὐτῶν γραφὰς προφέρειν τῆς κακοδοξίας εἰς ἔλεγχον, ἔστι δ' οὗ γνωμολογεῖν τε καὶ B
ἠθικεύεσθαι. "ταῦτα δ'" ἔφασαν "τοῖς πλείοσι τῶν ἀναγινωσκόντων τὰ τῶν ἱστοριῶν ἐκείνων συγγράμματα, ἵνα μὴ λέγωμεν πᾶσιν ἴσως, φορτικά τε καὶ παρέλκοντα ἥγηνται, ὅτι τε σχολῆς εἰσι δεόμενα πλείονος, καὶ ὅτι, κἂν ταύτης τύχοιεν τῶν ἐπιόντων τὰς ἱστορίας τινές, μάταιον ἐκείνοις ἀποβαίνει τὸ περὶ ταύτας C
πονεῖν, τῶν μακρῶν διηγημάτων τῶν περὶ παρατάξεων καὶ πολέ- W I 2
μων καὶ τοῦ τῶν στρατιῶν διακόσμου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὁμοίων διαφευγόντων τὴν μνήμην, τῶν δέ γε δημηγοριῶν καὶ τῶν διαλέξεων καὶ εἰς τὸ ἀνόνητον περιϊσταμένων τοῖς ἐπιοῦσι τὰ ἱστο-

1 τε add A. 2 διαλόγους ABC, διαλόγον PW. 4 συγγράφονται AC, et B ut videtur. 5 ὡς πρὸς AB, ὡς PW. 6 ἱερᾶς om A. 7 ἰουδαίους B. 8 χρήσεσι ABC et codices Ducangii, ῥήσεσι PW ex coniectura Wolfii. 11 προσφέρειν C. 15 ἴσως om AB, "abest ab aliquot mss" Ducang. 17 μάταιος C. 19 στρατιωτῶν A. 20 alterum τῶν om B.

proceres alienigenarum agunt, multa polliciti si tantarum virium causam e Sampsone cognitam sibi renuntiasset. illa multifariam aggressa virum ut id eliceret, a Sampsone aliud atque aliud dicente, cum rei periculum faceret, eluditur. sed cum illa instaret oraretque vehementius, arcanum tandem prodit, se dei iussu comam alere, qui interdixerit ne eam radat, in eaque repositum esse robur suum. mulier dormienti comam radit, imbecillem hostibus tradit: illi oculos ei effodiunt. ita ille prius formidabilis ludibrio habetur. progressu temporis coma illa renascitur viresque redeunt. cum autem Palaestini potarent, eorumque proceres et magnates convivarentur in domo quae columnis fulciebatur, etiam Sampson a puero ad illudendum adducitur. ad illam domum multitudo virorum et mulierum circiter trium milium confluit, ut ludibria Sampsonis spectet. qui cum dicteriis incesseretur et alapis caederetur, puerum ducem iubet se ad columnas adducere, "ut defessus" inquit "eis innitar et quiescam." tum duabus columnis convulsis aedificium deiecit, cuius ruina et ipse et omnes qui in eo erant sunt oppressi. et

Digitized by Google

τῷ μὲν τοιοῦτον τέλος ἐγένετο, ἐπὶ ἔτη εἴκοσι κρίναντι τὸν τῶν Ἑβραίων λαόν.

25. *Οὐκέτι δὲ κριταὶ ἦγον τὸν Ἰσραήλ, ἀλλ' ὁ ἀρχιερεὺς Ἠλεὶ προέστη αὐτῶν· ἐφ' οὗ λιμὸς γέγονε, καί τις ἀνὴρ ἐκ Βηθλεὲμ Ἀβιμέλεχ καλούμενος σὺν τῇ γυναικὶ καὶ δύο υἱοῖς διὰ τὸν λιμὸν εἰς τὴν Μωαβῖτιν μεταναστεύει. ἄγεται οὖν τοῖς υἱοῖς γαμετὰς Μωαβίτιδας. ἐν δέκα μέντοι ἐνιαυτοῖς ὅ τε Ἀβιμέλεχ*
B *καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τεθνήκασι, καὶ κατελείφθησαν χῆραι ἥ τε Νοεμὶν ἡ συνοικοῦσα τῷ Ἀβιμέλεχ καὶ αἱ γυναῖκες ἄμφω τῶν παίδων αὐτοῦ, Ὀρφά τε καὶ Ῥούθ. ἡ Νοεμὶν δὲ εἰς τὴν πατρίδα ὑπέστρεψε, τῶν δέ γε νυμφῶν αὐτῆς ἡ μὲν Ὀρφὰ παρακληθεῖσα παρὰ τῆς πενθερᾶς ἔμεινε παρὰ Μωαβίταις, ἡ δὲ Ῥοὺθ σὺν τῇ Νοεμὶν ἀπελήλυθε. καὶ ἤδη παραγενομένας εἰς Βηθλεὲμ ξενίζει Βοόζ, Ἀβιμέλεχ ὢν συγγενής. προσαγορευομένη δὲ παρὰ τῶν πολιτῶν ἐξ ὀνόματος ἡ γυνή "μή με Νοεμίν" ἔλεγεν "ἀλλὰ Μάραν καλεῖτε" (Νοεμὶν δὲ εὐτυχίαν δηλοῖ, Μάρα δὲ ὀδύνην καὶ πικρασμόν)· "πλήρης γὰρ πορευθεῖσα κενὴ ὑπενόστησα."*
C *ἀμήτου δὲ ὄντος ἐξῄει κατὰ γνώμην τῆς πενθερᾶς καλαμησομένη ἡ Ῥοὺθ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ Βοόζ. ὁ δὲ τὴν κόρην ἰδὼν καὶ μαθὼν τίς ἐστιν, θερίζειν ὃ δύναιτο καὶ ἔχειν ἐπέτρεψεν, ἄριστόν τε*

1 *τῷ μὲν τοιοῦτον τέλος* AW, *τὸ μὲν τοιοῦτον* P. *ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη κρίνοντι* A. 5 *Ἀβιμέλεχ*] *Ἐλιμέλεχ* LXX et Iosephus. *τῇ* om A. *δύω* PW. 11 *ὑπέστρεψε* A, *ὑπέστρεφε* PW. 12 prius *παρὰ* add A. *ἡ δὲ — Νοεμὶν* om A. 16 prius *δὲ*] *γὰρ* A. *μάρα* A, *Μάραν* PW. 18 *ἀμητοῦ* PW. 20 *δύναται* A.

FONTES. *Cap.* 25. *Iosephi Ant.* 5 9 *et* 10. *Ruth* 1—4. *Regum* 1 1—3.

hunc exitum ille habuit, cum Israelitico populo per annos viginti ius dixisset.

25. Post Sampsonem non amplius iudices populo praefuerunt, sed Elius pontifex. sub quo fame ingravescente, vir quidam Bethleemiticus, Abimelechus nomine, cum uxore et duobus filiis in Moabitidem transmigrat. ibi filiis Moabiticas uxores despondet, et intra decem annos una cum filiis moritur, relicta vidua uxore Noemide duabusque nuribus Orpha et Rutha. Noemis patriam repetit: Orpha nuruum altera monitu socrus apud Moabitas manet, Rutha cum Noemide proficiscitur. Bethleemae Boozus Abimelechi cognatus eas hospitio excipit. ibi mulier a civibus suo compellata nomine "ne me" inquit "Noemin sed Maram appellate" (significat autem Noemis felicitatem, Mara dolorem et acerbitatem): "nam cum plena discesserim, vacua sum reversa." tempore messis Rutha de socrus sententia ad spicilegium in Boozi agrum egreditur. ille agnita puella permittit ut quod posset meteret et auferret,

Digitized by Google

παρέχειν αὐτῇ τῷ ἀγροκόμῳ ἐπέταξεν. ἡ δὲ καὶ ἄλφιτα παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα τῇ πενθερᾷ συνετήρησε, καὶ ἀπῆλθεν ὀψὲ κομίζουσα καὶ τὰς κριθὰς ἃς συνέλεξε, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Βοὸζ αὐτῇ διηγήσατο. καὶ αὖθις ἀπῄει σὺν ταῖς θεραπαινίσι Βοόζ. ἡ Νοεμὶν δὲ συγκατακλίνειν αὐτῷ τὴν Ῥοὺθ ἐβουλεύσατο, καὶ πέμπει τὴν νύμφην ὑποθεμένη παρὰ τοῖς ποσὶ τοῦ ἀνδρὸς ὑπνώττοντος ἐν τῇ ἅλωνι πεσοῦσαν ὑπνῶσαι. καὶ ἡ μὲν οὕτω πεποίηκεν, αἰσθόμενος δ' ὁ Βοὸζ περὶ μέσην νύκτα ἤρετο τίς ἐστι. D καὶ μαθὼν τότε μὲν ἡσύχασεν, ἕωθεν δ' ἐξεγείρας τὴν Ῥοὺθ πορεύεσθαι πρὸς τὴν πενθερὰν ἐνετείλατο· "αὐτὸς δ'" εἶπε "τὸν ἐγγύτερον ἐμοῦ ἀγχιστεύοντά σοι ἐρήσομαι, καὶ εἰ μὲν ἐκεῖνος ἀγαγέσθαι σε βούλεται, ἀπελεύσῃ πρὸς τὸν ἄνδρα, παραιτουμένου δὲ νομίμως συνοικήσεις ἐμοί." ἀπῆλθεν οὖν ἡ γυνὴ καὶ δεδήλωκε πάντα τῇ Νοεμίν. ὁ δέ γε Βοὸζ παρὰ τῇ γερου- W I 37 σίᾳ τήν τε Ῥοὺθ καὶ τὸν συγγενῆ συνεκάλεσε καὶ εἶπεν αὐτῷ "Ἀβιμέλεχ τοῦ συγγενοῦς ἡμῶν καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ κατέχεις κλῆρον;" συνθεμένου δ' ἔχειν ἐκείνου κατὰ τοὺς νόμους δι' ἀγχιστείαν, "οὐκοῦν οὐκ ἐξ ἡμισείας" ἔφη "τῶν νόμων μεμνῆσθαι P I 56 δεῖν, ἐπὶ πᾶσι δὲ ποιεῖν κατ' αὐτούς. λοιπὸν καὶ τὸ τοῦ Μαλλὼν γύναιον υἱοῦ Ἀβιμέλεχ γῆμαί σε χρή, ἵνα ἀναστήσῃς σπέρμα τῷ συγγενεῖ." ὁ δὲ παρῃτήσατο, καὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς γυναικὸς παραχωρήσας αὐτῷ. κατὰ γοῦν τὸν νόμον ἐνώπιον

10 δ' εἶπε A, δὲ PW. 16 ἡμῶν A, ὑμῶν PW. 18 οὐκ A, οὐχ PW. τῶν νόμων μεμν. δεῖν] μεμνῆσθαι τῶν νόμων δεῖν ὁ βοὸζ A. 19 δεῖ Iosephus. 20 ἀναστήσῃ A.

ac prandium ei praeberi iubet a villico. illa de cibo etiam, quem acceperat, aliquid socrui conservat; et vesperi hordeum, quod collegerat, domum ferens, ut a Boozo tractata esset refert; ac cum Boozi ancillis denuo egreditur. ibi Noemis consilium despondendae Boozo Ruthae capit, ac nurum ablegat, monitam ut ad pedes Boozi in area dormientis procumbens somnum caperet. obtemperat illa. quod Boozus cum sub mediam noctem sensisset, quae esset rogat: re cognita tum quidem quiescit, mane autem excitatam Rutham ad socrum ire iubet, et "ipse" inquit "interrogabo eum qui est tibi sanguine propior: qui si te ducere voluerit, ad illum te conferes; sin recusarit, legitima mihi coniunx eris." abit mulier, Noemidi exponit omnia. Boozus Rutham et cognatum eius ad senatum arcessit, eique dicit "Abimelechi cognati nostri et filiorum eius haereditatem tenes?" affirmante illo, tenere se ob propinquitatem ex lege, "non ergo" inquit "ex semisse observandae sunt leges, sed in omnibus rebus illis obtemperandum. restat igitur ut Mallonis Abimelechi filii uxorem ducas, et cognato semen excites." recusat ille ac Boozo tam haereditate quam muliere cedit. Rutha, ut lege iubebatur, soluto

Digitized by Google

τῆς γερουσίας ἡ Ῥοὺθ ὑπελύσατο τὸ ὑπόδημα τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου καὶ ἔπτυσεν αὐτοῦ εἰς τὸ πρόσωπον. καὶ οὕτως αὐτὴν ἠγάγετο ὁ Βοόζ, καὶ ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς τὸν Ὠβήδ· ἑλληνιστὶ δ' ἑρμηνεύεται δουλεύων. ἐξ Ὠβὴδ δὲ γίνεται Ἰεσσαί, καὶ ἐκ τούτου Δαβίδ, ὃς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσε καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ κατέλιπε τὴν B ἀρχὴν ἐπὶ εἴκοσι γενεὰς πρὸς μιᾷ διαρκέσασαν.

Ἠλεὶ δὲ τοῦ ἀρχιερέως, ὡς ἤδη ἱστόρηται, τὸν λαὸν ἄγοντος, οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ Ὀφνὶ καὶ Φινεὲς ὑπῆρχον λοιμοί, παρανομοῦντες ἐν ἅπασι, καὶ παραινοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτοῖς μὴ ἐπιστρεφόμενοι. ὁ δὲ θεὸς ὀργισθεὶς διὰ τὰς ἐκείνων παρανομίας, διὰ τοῦ Σαμουὴλ ἔτι παιδὸς ὄντος δεδήλωκε τῷ Ἠλεὶ ἅπερ αὐτός τε καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ πείσονται. Σαμουὴλ δὲ Ἐλκανᾶ Λευίτου ἀνδρὸς ἐτύγχανε παῖς· ᾧ συνῴκουν διτταὶ γαμεταί, ὧν τῇ μὲν Ἄννα τῇ δὲ Φενάννα ἦν τὰ ὀνόματα. καὶ τῇ μὲν παῖδες ἦσαν ἐξ Ἐλκανᾶ, ἡ δὲ Ἄννα ἠμοίρει γονῆς. ἀφικο- C μένου δὲ τοῦ ἀνδρὸς μετὰ τῶν γυναικῶν ἀμφοῖν εἰς Σηλὼμ καὶ θύσαντος, ἐπεὶ καιρὸς ἦν εὐωχίας καὶ τῇ Φενάννᾳ οἱ παῖδες αὐτῆς συνεκάθηντο, ὅτι ἡ Ἄννα μεμόνωτο, ἑαυτὴν ἀπεκλαίετο, καὶ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ θεοῦ δραμοῦσα ἐδέετο τοῦ κυρίου γονὴν αὐτῇ παρασχεῖν, εὐξαμένη καθιερώσειν θεῷ τὸ πρωτότοκον. χρονιζούσης δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς, πρὸ τῆς σκηνῆς Ἠλεὶ καθεζόμενος ὡς μεθύουσαν αὐτὴν ἐλογίσατό τε καὶ ἀπεπέμπετο. ἡ δὲ "οὐκ οἶνον"

1 τὸ A, καὶ τὸ PW. 3 αὐτῆς] αὐτοῦ A. 6 πρὸς τῇ μιᾷ διαρκέσασι A. 8 ὀφνεὶ A. post Φινεὲς A add υἱοί. 14 φεννάνα A hic et infra. 16 σηλὼμ A LXX, Σηλὼν PW. 18 ὅτι δὲ ἡ A.

viri illius calceo in faciem eius exspuit, itaque Boozo nubit; et filiolum ei parit Obedum: servientem id nomen significat. Obedo nascitur Iessaeus, eoque David, qui regnum Israelitarum obtinuit et filiis suis imperium reliquit ad genus primum et vicesimum propagatum.

Elio autem, qui, ut diximus, populum gubernabat, duo fuere filii, homines nefarii et omni genere scelerum cooperti, Ophnis et Phinees; neque paternis monitis quicquam movebantur. horum iniquitati iratus deus per Samuelem puerum adhuc Elio significat clades ipsi liberisque et domui eius imminentes. erat autem Samuel viri Levitae Elcanae filius, qui duas habebat uxores, Annam et Phenannam: quarum haec liberos ex Elcana susceperat, Anna non pepererat. viro Silonem cum uxoribus profecto, cum peractis sacris convivii tempus adesset, ac Phenannae liberi assiderent, Anna orbitatem suam deplorat, et propere tabernaculum domini ingressa deum orat ut liberos sibi det, primogenitum se deo consecraturam vovet. dum precibus immoratur, Elius pro tabernaculo sedens, ebriam ratus, eam discedere iubet. at illa

Digitized by Google

ἔφη "πέπωκα οὐδὲ μέθυσμα, κύριε, ἀλλὰ κατώδυνος οὖσα δι' ἀπαιδίαν ἐκτέτηκα." καὶ ὁ ἱερεύς "πορεύου" εἶπεν αὐτῇ, "καὶ δῴη σοι τὸ αἴτημα ὁ θεός." ὑποστρέψασα δὲ σὺν τῷ ἀνδρὶ οἴκαδε, συλλαμβάνει καὶ τίκτει τὸν Σαμουήλ· θεαίτητον ἄν τις εἴποι. ἁδρυνθέντος δὲ τοῦ παιδὸς προσάγει αὐτὸν τῷ Ἠλεὶ κατὰ D
τὴν εὐχὴν αὐτῆς τῷ θεῷ τραφησόμενον, κόμην τε τρέφοντα καὶ ἐν τῷ ἱερῷ διαιτώμενον καὶ ὕδατι κεχρημένον εἰς πόσιν. ἤδη δὲ δωδεκαέτης γενόμενος προεφήτευσε. καί ποτε κοιμώμενον αὐτὸν ἐξ ὀνόματος ἐκάλεσεν ὁ θεός. ὁ δὲ τῷ ἀρχιερεῖ προσελήλυθεν ὡς ὑπ' ἐκείνου τάχα καλούμενος. καὶ τοῦτο τρισσάκις ἐγένετο. Ἠλεὶ δὲ συνεὶς θεόθεν εἶναι τὴν κλῆσιν, ἔφη τῷ Σαμουὴλ "εἰ ἔτι κληθῇ, εἰπέ, ἰδοὺ ἐγὼ κύριε." οὕτω δὲ ποιήσαντος τοῦ παιδός, ἔφη αὐτῷ ὁ καλῶν συμφορὰν ἔσεσθαι τοῖς Ἰσραηλίταις βαρεῖαν, καὶ τοὺς Ἠλεὶ παῖδας ἅμα τεθνήξεσθαι καὶ τὴν ἱερω- P I 57
σύνην εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἐλεάζαρ μεταπεσεῖν. οὐκ ἤθελε δὲ τοὺς λόγους ὁ Σαμουὴλ ἐκφῆναι τῷ ἱερεῖ, ὅρκοις δ' ἐκβιασθεὶς ἀπήγγειλε πάντα καθάπερ ἀκήκοεν.

26. Ἐντεῦθεν Παλαιστηνοὶ κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐκστρατεύουσι, καὶ ἦσαν τῇ μάχῃ ἐπικρατέστεροι. ὁ δὲ λαὸς κομισθῆναι τὴν κιβωτὸν αἰτοῦσιν εἰς ἀρωγήν. πεμφθείσης δ' ἐκεῖσε τῆς κιβωτοῦ σὺν τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἠλεί, συγκεκρότητο μάχη. καὶ ἡττηντο οἱ Ἑβραῖοι, ἔπεσον δὲ ὡσεὶ τρισμύριοι, καὶ οἱ τοῦ ἀρχιε-

1 δι'] διὰ τὴν A. 5 εἴπῃ A. 6 αὐτῆς om A. 12 κληθεὶς A. 15 τοῦ om A. 16 ὁ om A.

Fontes. *Cap.* 26. *Iosephi Ant.* 5 11. 6 1 *et* 2. *Regum* 1 4—7.

"neque vinum" inquit "bibi, domine, neque aliud quicquam quod inebriet; sed dolore orbitatis contabesco." tum sacerdos "abi" inquit, "ac deus te voti compotem reddat." domum reversa cum marito, concipit et Samuelem parit, quem Deoptatum possis dicere. puerum iam grandiusculum ex voto ad Elium ducit, deo educandum, alentem comam, in aede vitam degentem et aquae potu utentem. is duodecim natus annos vaticinatur. et quodam tempore dormiens nominatim a deo vocatus, ad pontificem accedit, quasi ab eo vocatus esset: idque ter contigit. tum Elius intelligens divinam esse vocationem, Samuelem iubet, si iterum vocetur, dicere "en adsum, domine." cum ita fecisset puer, ait ei is qui vocarat, magnam cladem Israelitis imminere, Elii filios una perituros, et sacerdotium in Eleazari familiam transiturum. ea verba cum sacerdoti Samuel referre nollet, tandem iureiurando adactus omnia quemadmodum audierat recenset.

26. Dehinc Palaestini bellum Israelitis inferentes pugna superiores evadunt. populus arcam subsidio ferri postulat. missa illa cum Elii filiis, redintegratur praelium. funduntur Hebraei, ad triginta milia cadunt,

Digitized by Google

ρέως υἱοί, καὶ ἡ κιβωτὸς ἐλήφθη τοῖς πολεμίοις. Ἠλεὶ δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ἐφ᾽ ὑψηλοῦ καθῆστο δίφρου, καὶ μαθὼν τὰ τῆς μάχης
B W I 38 καὶ τὴν σφαγὴν τῶν υἱῶν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς κιβωτοῦ, περιαλγήσας ἐξέπεσε τοῦ θρόνου καὶ τέθνηκεν, ἐνενηκοντούτης γενόμενος, τεσσαράκοντα δὲ τούτων ἐνιαυτοὺς τοῦ Ἰσραὴλ ἡγησάμενος. οἱ δὲ ἀλλόφυλοι εἰς Ἄζωτον πόλιν ἀπαγαγόντες τὴν κιβωτὸν τῷ Δαγὼν (οὕτω γὰρ τὸν ἑαυτῶν ἐκάλουν θεόν) ἀνέθεντο. ἕωθεν δὲ εἰς τὸν οἶκον Δαγὼν εἰσελθόντες εὗρον κείμενον τὸ ξόανον ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ ἐπὶ γῆς. καὶ ἀναστήσαντες αὐτὸ ἐπὶ τῆς προτέρας ἔστησαν βάσεως. ὡς δὲ συχνάκις εὗρον τοῦτο γινόμενον, καὶ πολλάκις τὸ εἴδωλον ἀνορθώσαντες τοσαυτάκις κείμενον κατελάμβανον ἐν σχήματι προσκυνοῦντος τὴν κιβωτόν,
C ἐθαμβοῦντο καὶ διηπόρουν. ἔπειτα δ᾽ ἐνέσκηψε τῇ τῶν Ἀζωτίων πόλει καὶ τῇ χώρᾳ φθορά. νόσος μὲν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τὰς ἕδρας ἦν, ἣν δυσεντερίαν φησὶν ὁ Ἰώσηπος, καὶ ἔθνησκον συχνοὶ ἐξ αὐτῆς· μύες δὲ τῆς γῆς ἀναδοθέντες τὴν χώραν ἅπασαν ἐκεράϊζον. ὀψὲ δὲ συνῆκαν τὴν κιβωτὸν αἰτίαν αὐτοῖς εἶναι τῶν παθῶν οἱ Ἀζώτιοι, καὶ πέμπουσιν αὐτὴν εἰς Ἀσκάλωνα· καὶ ἔπασχον κἀκεῖνοι τὰ ὅμοια. καὶ οὕτω πέντε τῶν Παλαιστηνῶν ἀμείβει πόλεις ἡ κιβωτός, καὶ πάσαις εἰς κάκωσιν γέγονεν. συνῆλθον οὖν οἱ τῶν κακουμένων πέντε πόλεων ἄρχοντες, Γήτης καὶ Ἀκκαρὼν Ἀσκάλωνός τε καὶ Γάζης καὶ Ἀζώτου, καὶ οἱ μὲν

9 ἐπὶ τῆς γῆς A. 10 τοῦτο συχνάκις εὗρον κείμενον A. 13 ἐπέσκηψε A. 15 ἦν om A. 21 καλουμένων A. Γήτης] γάττης A, Γέττης Iosephus, Γὲθ LXX et Zonaras infra.

inter quos et filii pontificis; arca item in hostium potestatem venit. Elius pontifex, qui in sublimi sella sederet, strage exercitus et caede filiorum arcaeque captivitate cognita, prae moerore de sella delapsus moritur, annos nonaginta natus, cum quadraginta populo praefuisset. alienigenae arcam in urbem Azotum perlatam Dagoni (sic deum suum appellabant) consecrant. mane in Dagonis aedem ingressi simulacrum ante arcam humi proiectum repererunt, idque sublatum in suam basim restituunt. ut autem hoc saepius factum deprehendunt, et statuam quoties erexissent toties ante arcam adorantis specie proiectam reperissent, obstupescunt, dubitantes quid rei esset. ex hoc Azotiorum urbem et agrum lues invadit: nam et homines circa sedem laborare (dysenteriam fuisse ait Iosephus) et mori complures cives, et mures e terra exorti agrum omnem vastare. sero demum arcam sibi malorum esse causam Azotii intelligentes Ascalonem mittunt: iis etiam eadem accidunt. sic quinque Palaestinorum urbes arca pervagata omnibus calamitosa exstitit. itaque magistratus quinque urbium iis malis conflictantium congressi, videlicet Getae Accaronis Ascalonis Gazae et Azoti, aliis aliud de arca

Digitized by Google

ἄλλα περὶ τῆς κιβωτοῦ οἱ δ' ἕτερα συνεβούλευον. καὶ τέλος D ἔδοξε πᾶσιν ἕδρας πέντε χρυσᾶς καὶ μύας τοσούτους χρυσοῦς ποιῆσαι καὶ θέσθαι ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ, ἅμαξάν τε καινουργῆσαι καὶ βόας πρωτοτοκούσας τῇ ἁμάξῃ ὑπαγαγεῖν, τοὺς δὲ μόσχους αὐτῶν κατασχεῖν, καὶ ἐπιθεῖναι τῇ ἁμάξῃ τὴν κιβωτόν, τὰς βόας δ' ἀπαγαγόντας ἐπὶ τριόδου καταλιπεῖν, ἵν' ἐπ' αὐταῖς εἴη ἀπιέναι καθ' ἣν ὁρμήσουσι· καὶ εἰ μὲν εὐθὺ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπελεύσονται, διὰ τὴν κιβωτὸν οἴεσθαι σφίσιν ἐπάγεσθαι τὰ κακά, καὶ μὴ κωλύειν τὴν εἰς ἐκείνους πορείαν, εἰ δ' ἄλλοσέ πη ἀπίοιεν, ἐπιστρέψαι αὖθις τὰς βόας τε καὶ τὴν ἅμαξαν καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς. P I 58 ἐπιτελέσαντες τοίνυν τὰ δόξαντα ἀφῆκαν τὰς βόας, μήκοθεν ἑπόμενοι καὶ αὐτοὶ ἵν' ὁρῷεν τὸ ἐκβησόμενον. αἱ δὲ κατ' εὐθὺ τῶν Ἑβραίων ἀπῄεσαν καὶ οὐ πρότερον ἔστησαν πρὶν εἰς μέγα πεδίον ἐν Βεθεσαμοῖς κατηντήκασιν. ὡς δ' εἶδον οἱ τῆς κώμης ἐκείνης ἄνδρες τὴν κιβωτόν, ὡρμήκασιν ἐπ' αὐτήν, καὶ καθελόντες ἐκ τῆς ἁμάξης αὐτήν, ἔθυσαν τὰς βόας καὶ τοῖς ξύλοις οἷς ἡ ἅμαξα εἴργαστο αὐτὰς ὡλοκαύτωσαν. ὅπερ ἰδόντες οἱ Παλαιστηνοὶ ὑπενόστησαν. τοὺς δ' ἀψαμένους τῆς κιβωτοῦ, μὴ ὄντας ἱερεῖς, ὀργισθεὶς ὁ θεὸς ἐθανάτωσεν. οἱ δέ γε λοιποὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἑβραίων ἐγνώρισαν τὰ περὶ τῆς κιβωτοῦ· κἀκεῖνοι λαβόντες αὐ- B τὴν ἀπάγουσιν εἰς Καριαθιαρεὶμ καὶ εἰς οἰκίαν Ἀμιναδὰβ ἐκ τῆς Λευιτικῆς ὄντος φυλῆς κατατίθενται. καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἔτη εἴκοσι, παρὰ δὲ τοῖς ἀλλοφύλοις μῆνας τέσσαρας.

3 ἅμαξαν A, et sic ubique, nisi quod p. 126 v. 2 est ἐφ' ἅμαξαν. 5 et 10 et 16 τοὺς βόας A. 14 βαιθσαμοῖς A. δ'] οὖν A. 19 ὀργισθεὶς ὁ θεὸς om A. 20 ἀνεγνώρισαν A. 21 ἀμιναδὰμ A hic et p. 126 v. 5.

censentibus, tandem decrevere omnes, sedes quinque aureas totidemque mures item aureos arcae imponere, et novum fabricare currum, et vaccas quae primum peperissent currui iungere, sed earum vitulos retinere, ac currui arca imposita boves in trivium abductas relinquere, ut quorsum impetus tulerit eant. quae si versus Israelitas abeant, ob arcam mala illa se perpeti statuendum, neque prohibendum quo minus illo eant; sin alio se converterint, reducendas boves et currum et quae in eo sint. his, ut decretum fuerat, peractis, dimisere boves, eminus ipsi sequentes ut eventum viderent. at illae recta versus Hebraeos ire, neque subsistere prius quam in magnum campum Bethsames pervenissent. ut autem pagi illius viri arcam viderunt, accurrunt, de curru tollunt, boves immolant, et lignis, e quibus currus confectus erat, cremant. quo Palaestini viso retro abierunt. deus autem iis, qui arcam attigerant, cum profani essent, iratus necem attulit: reliqui commune Hebraeorum de arca recepta certiores reddunt. illi eam Cariathiarim abducunt, et in Aminadabi Leviticae tribus hominis aedibus collocant: ubi annis viginti mansit, cum apud alienigenas quattuor menses fuisset.

Digitized by Google

Σαμουὴλ δὲ ὁ προφήτης μέγα ἤδη σχὼν ὄνομα καὶ δόξης ἥκων ἐπὶ πολύ, συναγαγὼν τὸν λαὸν περὶ ἐλευθερίας αὐτῷ διειλέχθη καὶ ἔπεισε ταύτης ἀντιποιήσασθαι. ὃ μαθόντες οἱ Παλαιστηνοὶ ἀπροσδοκήτως τοῖς Ἑβραίοις ἐπίασι, καὶ κατεπτόησαν αὐτούς, ὡς τῷ Σαμουὴλ προσδραμεῖν, λέγοντας ἀπεγνῶσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς εἰ μὴ αὐτὸς σφίσι τὴν ἐκ τοῦ θείου ἐπικουρίαν αἰτήσεται. καὶ ὃς θαρρεῖν παρεγγυᾷ, καὶ τὸν θεὸν ἐπαρῆξαι
C διαβεβαιοῦται αὐτοῖς, καὶ θύσας ἄρνα δέεται τοῦ θεοῦ. μήπω δὲ τὴν θυσίαν τῆς ἱερᾶς δαπανησάσης φλογός, προσβάλλουσι τοῖς Ἑβραίοις οἱ ἀντιπόλεμοι, ῥᾷον αὐτῶν κρατήσειν ὡς ἀόπλων
W I 39 οἰόμενοι. σεισμῷ δὲ τῆς γῆς κλονηθείσης ὑπὸ θεοῦ, καταρραγεισῶν τε βροντῶν καὶ ἐξαφθεισῶν ἀστραπῶν, εἰς δειλίαν ἐνέπεσον οἱ πολέμιοι καὶ ἐτράπησαν εἰς φυγήν. κατεδίωξε δὲ Σαμουὴλ καὶ τὸ πλῆθος ὀπίσω αὐτῶν καὶ πολλοὺς διεφθάρκασι, καὶ οὐκέτι μετὰ τὴν πληγὴν ταύτην ἐπὶ τοὺς Ἰσραηλίτας ἐστράτευσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν ἥνπερ ἀφείλοντο ἐπανεσώσατο αὖθις
D τοῖς Ἑβραίοις ὁ Σαμουήλ. ἔκρινε δὲ τὸν λαὸν καὶ ἦρχεν αὐτοῦ.

27. Ἤδη δὲ γεγηρακὼς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν καὶ τὸ δικάζειν διένειμεν. ὄνομα τῷ πρεσβυτέρῳ Ἰωήλ, τῷ νεωτέρῳ δὲ Ἀβιά. οἳ οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ἀλλ' ἐκκλίναντες δώρων τὸ δίκαιον προεδίδοσαν καὶ λήμμασι τὰς κρίσεις ἐδίκαζον. ὁ δὲ λαὸς διὰ ταῦτα

8 δέεται A, ἐδέετο PW. 11 ὑπὸ τοῦ θ. A. 17 αὐτοῦ A, αὐτῆς PW. 21 δώρων AW, δῶρον P.

Fontes. *Cap.* 27. *Iosephi Ant.* 6 3—5. *Regum* 1 8—11.

At Samuel propheta iam celebris et magna praeditus auctoritate, populo convocato, de vindicanda libertate disserit ac persuadet. quo Palaestini cognito, inopinatâ aggressione Israelitas perterrefaciunt. qui ad Samuelem confugientes, de salute sua esse actum aiunt, nisi ipse numinis opem exorarit. ille bonis animis esse iubet, et dei auxilium pollicetur, agnoque immolato deum orat. nondum flamma victimam consumpserat, cum hostes impetum in Hebraeos faciunt, facilius eos inermes superari posse rati. sed et terra divinitus concussa et tonitribus erumpentibus et fulguribus emicantibus perterriti in fugam vertuntur. fugientibus Samuel cum populo instat ac multos caedit. post eam cladem non amplius Israelitas invasere, sed et terram quam Hebraeis ademerant Samuel recepit. ita is populo ius dicebat et imperabat.

27. Verum iam senex populi gubernandi munus ac iuris dicundi provinciam filiis distribuit, quorum maiori Ioelis, minori Abiae nomen erat. qui morem patris non secuti, ad largitionum corruptelas deflexerunt, et ius atque aequum venale habuerunt. haec populus aegre ferens

Digitized by Google

πρὸς Σαμουὴλ ἀθροισθεὶς "ἐπεὶ μὴ οἷός τε σὺ" ἔφησαν "προεστάναι ἡμῶν διὰ γῆρας, ποίησον ἡμῖν βασιλέα ὃς καὶ τοῦ ἔθνους ἡγήσεται καὶ τοῖς ἐναντίοις ἀντιστρατεύσεται." λυπουμένου δ' ἐπὶ τούτοις τοῦ Σαμουὴλ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ θεός "οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν ὁ λαός, ἀλλ' ἐμέ. ἄκουσον τοίνυν αὐτῶν, καὶ ὃν ἀναδείξω σοι εἰς βασιλέα χρῖσον αὐτοῖς." συναθροίσας δὲ τοὺς P I 59 Ἑβραίους ὁ Σαμουὴλ κατέθετο χειροτονήσειν αὐτοῖς βασιλέα, μεταμελήσειν δὲ προέφη αὐτοῖς καὶ αἰτεῖσθαι μέλλειν παρὰ θεοῦ τῶν βασιλέων ἀπαλλαγήν. οἱ δὲ ἐνέκειντο βασιλέα ζητοῦντες, καὶ ἠξίουν αὐτὸν μὴ φροντίζειν τῶν ἐσομένων. ὁ δὲ προφήτης "ἄπιτε νῦν" εἶπεν, "ὅταν δὲ μάθω τίνα δίδωσιν ὑμῖν ὁ θεὸς βασιλέα, μεταπέμψομαι ὑμᾶς."

Ἀνὴρ δέ τις Βενιαμίτης (Κὶς ὄνομα τῷ ἀνδρί) ὄνους ἀπολέσας, τὸν υἱὸν ὃς ἦν αὐτῷ μέγας τε καὶ ὡραῖος, κεκλημένος Σαούλ, εἰς ἀναζήτησιν τῶν ὄνων σὺν ἑνὶ τῶν δούλων ἀπέστειλεν. B ὁ δὲ περιελθὼν καὶ ζητήσας καὶ μὴ εὑρών, εἰς Ἀρμαθαὶμ πρὸς τὸν Σαμουὴλ παραγέγονεν ἐρωτήσων περὶ τῶν ὄνων. δηλοῖ τοίνυν τῷ Σαμουὴλ ὁ θεὸς τοῦτον εἶναι ὃν βούλεται βασιλεῦσαι τοῦ λαοῦ τῶν Ἑβραίων. ἐρωτηθεὶς οὖν περὶ τῶν ὄνων ὁ Σαμουὴλ σεσῶσθαι εἶπεν αὐτάς, καὶ ξενίσας τὸν Σαοὺλ προέπεμψεν ἕωθεν. καὶ ἔξω τοῦ ἄστεος σὺν αὐτῷ πορευθείς, μόνον τε ἰδίᾳ τὸν νεανίαν ἀπολαβών, ἔλαιον καταχέει τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς. καὶ φιλήσας

1 οἷός τε εἶ ἔφασαν σὺ προεστάναι A. 5 ὃν ἂν A. 6 χρίσον αὐτὸν A. 8 παρὰ θ. μέλλειν A. 11 ὑμῖν Josephus, ἡμῖν PW. 13 κὶς A, Κεῖς PW. 14 κεκλημένος] καλεσάμενος A. 16 ἀρμαθὲμ A. 21 νεανίσκον A.

ad Samuelem confluit et "quoniam tu" inquit "per aetatem nobis praeesse non potes, regem creato, qui et gentem gubernet et adversarios nostros oppugnet." ea re cum Samuel tristaretur, dicit ei deus "non te pro nihilo habuit populus, sed me: quem vero tibi monstraro, eum regem ungito." Hebraeis igitur convocatis Samuel proponit se electurum eis esse regem, praedicens fore ut poeniteret eos, ac liberationem a regibus deum oraturos. illi instant regem flagitantes, de rebus futuris securum esse iubent. tum Samuel "abite nunc" inquit: "ubi cognovero quem vobis regem deus dederit, arcessam vos."

Accidit autem ut Beniamita quidam, nomine Cis, Saulem filium, hominem statura et forma excellenti, cum servo ad asinarum quas amiserat inquisitionem mitteret. quas ille cum passim quaesivisset nec invenisset, Samuelem de asinabus interrogaturus Armathaim venit. ibi deus Samueli revelat, eum esse quem populo Hebraeorum imperare velit. de asinabus igitur rogatus, incolumes esse respondet; et Saulem hospitio exceptum mane prosequitur. urbem egressus cum adolescentem seduxisset, oleo caput eius perfundit, ac deosculatus "unxit te deus" inquit

Digitized by Google

αὐτὸν "κέχρικέ σε κύριος ἄρχοντα" ἔφη "ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ
C Ἰσραήλ, καὶ ἔστω σημεῖον τοῦ χρίσματος τὸ συναντῆσαί σοι περὶ
τὸν τάφον Ῥαχὴλ ἄνδρας δύο τὴν εὕρεσιν τῶν ὄνων εὐαγγελιζο-
μένους σοι." καὶ ἄλλα δὲ σημεῖα τοῦ ἀληθεύειν εἶπεν αὐτῷ,
καὶ ὅτι προφητεύσει ἐν Γαβαθὰ γεγονὼς μετὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν,
καὶ ἥξειν εἰς Γάλγαλα αὐτῷ ἐνετείλατο ἡνίκα μεταπεμφθῇ παρ'
αὐτοῦ. συνήθροισε δ' ἔπειτα τὸν λαὸν καὶ κλήρους βαλεῖν ἐκέ-
λευσε τὰς φυλάς, ἵν' ἀναδειχθείη ἐκ ποίας ὁ βασιλεύσων ἔσεται.
ἔπεσεν οὖν ὁ κλῆρος εἰς τὴν Βενιαμίτιδα, εἶτα εἰς τὴν πατριὰν
Ματταρί. κατ' ἄνδρα δὲ τῆς πατριᾶς κληρωθείσης, εἰς τὸν
Σαοὺλ ὁ κλῆρος ἐξέπεσεν. ὡς δὲ ζητούμενος οὐκ ἦν, μυεῖται ὁ
Σαμουὴλ παρὰ τοῦ θεοῦ ὅπου ἐκέκρυπτο, καὶ ἀχθέντα ἔστησε
D μέσον. καὶ ἦν ὑπερωμίας καὶ πάντων ὑπερέχων κατὰ τὴν ἡλι-
κίαν τοῦ σώματος. καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἔφησεν ὁ προφήτης
"τοῦτον ἔχρισεν ὑμῖν εἰς βασιλέα ὁ κύριος, ᾧ οὐκ ἔστιν ὅμοιος ἐν
πᾶσιν ὑμῖν." ὁ δὲ λαὸς ἐπευφήμησε καὶ εἶπεν "ζήτω ὁ βασι-
λεύς." οὕτω δὲ τῷ Σαοὺλ βασιλεύσαντι πολλοὶ μὲν προσεῖχον
ὡς βασιλεῖ καὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἐτίμων αὐτόν, πολλοὶ δὲ κατε-
φρόνουν τε καὶ ἐχλεύαζον.

Μετὰ δὲ μῆνα Νάας ὁ τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς στρατεύει
ἐπὶ Ἰαβεὶς Γαλαάδ, μὴ ἄλλως λέγων φείσασθαι τῶν ἀνδρῶν εἰ
W I 40 μὴ δῶσιν αὐτῷ τὸν ἑκάστου ἐξελεῖν δεξιὸν ὀφθαλμόν. οἱ δὲ

5 γαβαθᾶ A. 7 ἐκέλευσε βαλεῖν A. 10 ματταρί A, Ματταρεὶ LXX, Ματρὶς Iosephus, Βατταρί PW. 11 ἔπεσεν A. 20 ἀμανιτῶν A. 22 δώσειν A. ὀφθ. δεξ. A.

"regem populi sui; cuius unctionis illud tibi signum erit, quod circa Rachelis sepulcrum duo tibi viri occurrent, asinas repertas gratulaturi." adiicit et alia signa confirmandae veritatis ergo, atque inter caetera, ubi Gabatham venerit, cum illius loci prophetis vaticinaturum. mandat etiam, cum a se arcessatur, ut Galgala veniat. post, coacto populo, sortem mittere tribus iussit, ut constaret cuius futurus esset rex. cecidit autem sors in Beniamiticam, deinde in gentem Mattarim: quae cum viritim sortiretur, Sauli sors obvenit. quaeritur ille, nec invenitur. Samuel, divinitus monstratis eius latebris, adductum in medio statuit. erat autem procerae staturae et humeris eminebat supra omnes. tum ad populum propheta "hunc" inquit "regem vobis unxit dominus, cuius inter vos omnes non est similis." populus gratulabundus acclamat "vivat rex." Saulem ita regno potitum multi observabant ut regem et ut par erat honorabant, multi etiam spernebant et irridebant.

Post mensem Naas Ammanitarum rex Iaben Galaditicae obsidet, non alia condicione se viris parcere velle dicens, nisi dextrum oculum sibi quisque eruendum traderet. illi septem dierum inducias petunt:

Digitized by Google

ἀνοχὴν ἐζήτησαν ἑπτὰ ἡμερῶν· καὶ λαβόντες πέμπουσιν ἀγγέλους εἰς Γαβαά. καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐκεῖ τοὺς λόγους τοῦ Ἀμμανίτου P I 60 ἐθρήνησαν· ὁ δὲ Σαοὺλ ἐθυμώθη σφόδρα, καὶ λαβὼν δύο βόας ἐμέλισεν αὐτοὺς καὶ ἀπέστειλεν εἰς πᾶν ὅριον Ἰσραήλ, ἀπειλῶν οὕτω θήσειν τοὺς μὴ κατὰ τῶν Ἀμμανιτῶν συνεκστρατεύσοντας αὐτῷ. συνδραμόντος δὲ τοῦ λαοῦ ἠρίθμησεν αὐτοὺς καὶ εὗρε μυριάδας ἑβδομήκοντα. καὶ ἐφήλατο πνεῦμα κυρίου ἐπὶ Σαούλ, καὶ προεφήτευσεν εἰπὼν ὡς αὔριον ἔσται τοῖς ἀνδράσιν Ἰαβεὶς σωτηρία. καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη αὐτός τε καὶ ὁ λαὸς δι' ὅλης τῆς νυκτός, καὶ περὶ τὴν πρωϊνὴν φυλακὴν ἐπῆλθε τοῖς Ἀμμανίταις, τριχῇ τὸ στράτευμα διελών. καὶ κυκλωσάμενος αὐτούς, B πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα Νάας, τοὺς δὲ περισωθέντας ἐτρέψατο εἰς φυγήν· καὶ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλὼν καὶ πλείστην λείαν λαβὼν λαμπρῶς ἐπανέζευξεν. οὐκέτι γοῦν ἠδόξει παρά τισιν, ἀλλ' ἐπ' ἀνδρείᾳ διαβεβόητο καὶ τετίμητο καὶ τοῖς πρώην αὐτὸν χλευάζουσι. συναγαγὼν δὲ αὖθις ὁ Σαμουὴλ τὸν λαὸν δὶς ἀναγορεύει τὸν Σαοὺλ βασιλέα, χρίσας τῷ ἐλαίῳ καὶ πάλιν αὐτόν. μετέπεσεν οὖν ἡ τῶν Ἑβραίων πολιτεία εἰς βασιλείαν ἐξ ἀριστοκρατίας· ἐπὶ γὰρ Μωυσέως καὶ Ἰησοῦ ἀριστοκρατούμενοι ἦσαν, εἶτα ἐπ' ἔτη δέκα καὶ ὀκτὼ ἄναρχοι διετέλεσαν, εἰσέπειτα δ' ἤρχθησαν ὑπὸ τῶν καλουμένων κριτῶν, C τῷ ἀρίστῳ δικάζειν περὶ τῶν ὅλων καὶ οἰκονομεῖν ἐπιτρέποντες.

2 γαβαὰ A LXX, Γαλαὰδ PW. 5 συνεκστρατεύσοντας A, —σαντας PW. 10 πρωϊνὴν A LXX, πρώτην PW. 12 μὲν om A. 13 εἰς φ. ἐτρ. A. 14 λαμπρὸς A. 19 ἀριστοκρατίας A, —τείας PW. 22 περὶ τ. ὅ. δικάζειν A.

iis impetratis nuntios in urbem Gabaa mittunt. auditis Ammanitae verbis populus luget: Saul vero ingenti ira percitus duos boves membratim concisos in omnes fines Israelitarum mittit, comminatus eodem modo se tractaturum eos qui ad propulsandos Ammanitas non adessent. concursu populi facto, numeroque inito, inventa sunt virorum septingenta milia: et Saul numine afflatus praedicit Iabinos postridie fore salvos. totamque noctem cum exercitu profectus, circa vigiliam matutinam ad Ammanitas pervenit: ac trifariam divisis copiis hostes circumdat, multos caedit, ipsumque regem Naam: reliquos fundit, et impressione in eorum regionem facta, opimaque praeda parta, illustris domum revertitur. neque iam contemptui habetur, sed ob fortitudinem celebratur et honoratur ab iis etiam a quibus dudum subsannatus fuerat. itaque Samuel rursus congregato populo Saulem denuo regem proclamat, iterum inunctum oleo. sic Hebraeorum res publica ex optimatium imperio in regnum est mutata: nam sub Mose et Iesu parebant optimatibus; post per annos octodecim magistratu caruerunt; deinde sub iis fuere qui iudices vocabantur, iudiciorum et rerum omnium summa uni ex optimis permissa.

Digitized by Google

28. Τοῦ δὲ Σαμουὴλ ἐξορκίσαντος τὸν λαὸν εἰπεῖν εἴ τι ἄδικον εἰργάσατο εἰς αὐτούς, πάντες δικαίως αὐτὸν καὶ καλῶς προστῆναι τοῦ ἔθνους ἐβόησαν. ὁ δὲ αὐτοῖς ἀπεκρίνατο "ἴστε ὡς μεγάλα ἡμαρτήκατε βασιλέα ἑαυτοῖς αἰτησάμενοι, κἀκ τούτου παρωργίσατε τὸν θεόν. ἔσται δὲ τοῦτο σημεῖον ὑμῖν τὸ θέρους ἐν ἀκμῇ χειμῶνα γενήσεσθαι." καὶ κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ γεγόνασι, κατηνέχθη τε χάλαζα, ὡς δέος ἐμπεσεῖν τῷ λαῷ καὶ ἱκετεύειν τὸν Σαμουὴλ ἱλεώσασθαι τὸν θεὸν αὐτοῖς ἁμαρτήσασι.

D Τῶν δὲ Παλαιστηνῶν τοὺς Ἑβραίους καταστρεφόντων καὶ τὰ ὅπλα σφῶν ἀφαιρουμένων σιδήρῳ τε κεχρῆσθαι ἀπαγορευόντων, ὁ Σαοὺλ εἰς Γάλγαλα καταβὰς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τὸν λαὸν κατὰ τῶν Παλαιστηνῶν διαναστῆναι ἠρέθιζεν. οἱ δ' ηὐλαβοῦντο διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Σαμουὴλ ἐκάλει πρὸς ἑαυτόν. καὶ ὃς μεθ' ἡμέρας ἓξ παραγενέσθαι ὑπέσχετο, θύσειν τε τῇ ἑβδόμῃ, ἵν' οὕτω τοῖς ἀλλοφύλοις συμμίξωσιν. ὁ δέ γε Σαοὺλ ὁρῶν τὸν λαὸν ὑπορρέοντα καὶ καταλιμπάνοντα αὐτόν, P I 61 ἔθυσεν. ἀκούσας δὲ ἄρτι προσιόντα τὸν Σαμουὴλ ἐξῆλθε συναντήσων αὐτῷ. ὁ δέ "τί τοῦτο ἐποίησας" ἔφη "παραβάς μου τὴν ἐντολήν; ἴσθι τοίνυν ὡς οὐ στήσεταί σου ἡ βασιλεία, ἀλλὰ ζητήσει κύριος ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ." καὶ ἀνε-

1 ἐξορκίζοντος A. 2 πάντως A. 4 μεγάλως A. 6 τοῦ add A. 15 ἓξ om A. 18 ἄρτι] ἤδη A. 20 στήσεταί A LXX, συσταθήσεταί PW.

Fontes. *Cap.* 28. *Iosephi Ant.* 6 5—7. *Regum* 1 12—14.

28. Samuele porro sacramento populum adigente ut dicerent num qua iniuria illos affecisset, exclamarunt omnes eum iuste et bene genti praefuisse. tum ille "scitote" inquit "vos rege flagitando graviter deliquisse, eaque re irritasse deum: cuius illud vobis signum erit, quod adulta aestate tempestas orietur." nec mora, tonitrua et fulgura, ut propheta dixerat, eruperunt, et grando delata est, ut populus perterrefactus Samuelem rogaret ut sibi delictorum a deo veniam impetraret.

Cum autem Palaestini Hebraeos subigerent, armis ademptis et usu ferri interdicto, Saul Galgala descendit, populum ut ad vindicandam contra Palaestinos libertatem exsurgeret cohortatus. illis vero multitudinem hostium reformidantibus, rex Samuelem ad se vocat. is post sex dies venturum constituit, ut die septimo re divina facta cum hostibus confligant. at Saul cum videret populum clam abire seque deseri, immolat; et audito Samuelis accessu, obviam progreditur. ibi vates "quid" inquit "istud egisti, violatis praeceptis meis? scito igitur non stabile fore regnum tuum, sed quaesiturum esse deum hominem ex animi sui

Digitized by Google

χώρησε Σαμουήλ, Σαοὺλ δὲ καὶ Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἧκεν εἰς Γαβαὼ σὺν στρατιώταις ἑξακοσίοις. εἰς τρία δὲ διαιρεθέντες οἱ ἀλλόφυλοι τὴν χώραν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐληΐζοντο. Σαοὺλ δὲ καὶ Ἰωνάθαν καὶ Ἀχιὰ ὁ ἀρχιερεὺς ἀφ' ὕψους ὁρῶντες τὰ δρώμενα, καὶ ἀμῦναι δι' ὀλιγανδρίαν μὴ σθένοντες, ἤχθοντο. ὁ δὲ Ἰωνάθαν μηδὲν εἰπὼν τῷ πατρὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ βουνοῦ σὺν μόνῳ τῷ ὁπλοφόρῳ αὐτοῦ "προσβάλλωμεν" ἔφη "τῇ τῶν ἀλλοφύλων B παρεμβολῇ, καὶ εἰ μὲν εἴπωσιν ἡμῖν ἀπόστητε, οὐκ ἀναβησόμεθα πρὸς αὐτούς, εἰ δ' ἀνάβητε πρὸς ἡμᾶς φήσουσι, σύνθημα νίκης τὸν λόγον νομιστέον ἡμῖν." καὶ ὥρμησαν ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. καὶ αὐτοῖς οἱ ἀλλόφυλοι "ἀνάβητε" ἔλεγον "πρὸς ἡμᾶς, καὶ γνωριοῦμεν ὑμῖν ῥῆμα." τοῦτο θάρσος ἐνῆκε τῷ Ἰωνάθαν· καὶ ἀποστὰς ἐκεῖθεν, ἑτέρωθεν ἀνερπύσας μετὰ τοῦ W I 41 ἑπομένου αὐτῷ ἔπεισι τοῖς πολεμίοις ὑπνώττουσι. καὶ κτείνουσι μὲν ὡς εἴκοσι, τοῖς δὲ λοιποῖς δειλίαν ἐνέβαλον· οἳ θορυβούμενοί τε καὶ φεύγοντες ὑπ' ἀλλήλων διώλλυντο. ἰδὼν δὲ ταραττόμενον ὁ Σαοὺλ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, καὶ ἀπόντα τὸν C υἱὸν ἅμα τῷ ὁπλοφόρῳ κατανοήσας, προσβάλλει καὶ αὐτὸς τεταραγμένοις τοῖς ἐναντίοις· καὶ οἱ πρὶν δὲ διὰ φόβον κρυβέντες ἀναθαρσήσαντες τῷ βασιλεῖ προσετίθεντο. καὶ διώκων τοὺς πολεμίους ἐκτίννυεν. ἐπαρᾶται τοίνυν τοῖς ἑαυτοῦ, εἴ τις ἀποσχόμενος τοῦ φονεύειν τοὺς ἐχθρούς, φάγοι εἰ μὴ νὺξ αὐτοὺς

2 γαβαὰ (ut supra) LXX, Γαβαὼν Iosephus. 10 ὁ λόγος A. 15 ἐνέβαλον A, ἐνέβαλλον PW. 18 ἅμα κατ. τῷ ὁπλ. A. 21 ἑαυτοῦ A, αὐτοῦ PW.

sententia." ita discessit Samuel, Saul vero et Ionathas filius eius cum sexcentis militibus Gabaonem profecti sunt. alienigenae autem copiis trifariam divisis agros Israelitarum populabantur. id Saul, Ionathas et Achia sacerdos ex alto conspicientes, et ob paucitatem ad opem ferendam impares, animis angebantur. at Ionathas, patre inconsulto, cum solo armigero de colle descendens "aggrediamur" inquit "castra hostium: qui si nobis dixerint, discedite, non adscendemus ad eos; sin adscendere iusserint, ea verba victoriae tessera habenda erunt." itaque ad castra hostium fertur. illi "adscendite ad nos" inquiunt: "est enim quod vobiscum colloquamur." ea vox animum auxit Ionathae, atque inde digressus aliunde cum suo comite arrepit, hostes dormientes invadit: ac caesis ad viginti, caeteris terrorem incutiunt, ut perturbati et fugientes alii ab aliis interirent. Saul castra hostium perturbata videns, et filii atque armigeri illius absentia cognita, impetum et ipse in hostes perturbatos facit. tum qui dudum prae metu se occultarant, receptis animis cum rege se coniungunt, hostes persequuntur, caedunt. Saul diras imprecatur suis, si quis ante noctem caede hostium intermissa cibum gustaret.

Digitized by Google

παύσοι. ἐν δὲ τῷ διώκειν κατά τινα δρυμὸν ἦλθον ἐν ᾧ μελισσῶν ἦν, καὶ λαβὼν ὁ Ἰωνάθαν κηρίον μέλιτος ἔφαγεν· οὐ γὰρ ἦν ἀκηκοὼς τῆς ἀρᾶς τοῦ πατρός. ἐπελθεῖν δὲ βουληθεὶς ὁ Σαοὺλ τῇ τῶν ἐναντίων παρεμβολῇ, ἠρώτα διὰ τοῦ ἀρχιερέως
D τὸν θεὸν εἰ δίδωσι νίκην. τοῦ δὲ θεοῦ μὴ δηλοῦντος, ἐζήτει τὸ αἴτιον, καὶ "ὄμνυμι" ἔφη "αὐτὸν τὸν θεὸν ἀποκτείνειν τὸν ἁμαρτόντα, κἂν Ἰωνάθαν εἴη ὁ παῖς ὁ ἐμός." καὶ κληρωσαμένων ἐπὶ Ἰωνάθαν ὁ κλῆρος ἔπεσεν. ὁ δὲ περὶ ἁμαρτίας ἀνακρινόμενος οὐδὲν εἶπεν ἑαυτῷ συνειδέναι ἢ ὅτι χθὲς τὴν ἀρὰν ἀγνοήσας ἐν τῷ διώκειν ἐγευσάμην κηρίου. ἀκούσας δὲ ὁ πατὴρ ἀποκτενεῖν αὐτὸν ὤμοσε. καὶ ὁ λαὸς ἀντώμοσε μὴ περιόψεσθαι τὸν αἴτιον τῆς νίκης ἀποθανούμενον, καὶ ἐξαρπάσαντες αὐτὸν εὐχαῖς τὸν θεὸν ἐξιλάσκοντο. διαφθείρας δὲ ὁ Σαοὺλ ὡσεὶ μυριάδας ἓξ τῶν Παλαιστηνῶν ἀνθυπέστρεψε. χειροῦται δὲ
P I 62 Ἀμμανίτας καὶ Μωαβίτας Παλαιστηνούς τε καὶ Ἰδουμαίους καὶ Ἀμαληκίτας καὶ τὸν βασιλέα τῆς Σουβᾶ, καὶ ἐξείλετο τὸν Ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς τῶν ἀλλοφύλων. (29) ἦσαν δὲ τῷ Σαοὺλ υἱοὶ τρεῖς, Ἰωνάθαν καὶ Ἰησουῒ καὶ Μελχισουΐ, καὶ θυγατέρες δύο, Μερὸβ καὶ Μελχόλ· ἀρχιστρατηγὸν δὲ εἶχε τὸν Ἀβεννὴρ υἱὸν Νὴρ συγγενοῦς αὐτοῦ.

Ἔφη δὲ Σαμουὴλ τῷ Σαοὺλ κελεύειν αὐτῷ τὸν θεὸν πατάξαι τὸν Ἀμαλήκ, καὶ κρατήσαντα μηδενὸς φείσασθαι, μὴ γυναικῶν

1 ἦλθον add A. 7 ἁμαρτῶντα A. 15 μωαβίτας καὶ ἀμ. καὶ παλ. A. 16 Σουβὰ LXX, Σωβᾶς Iosephus. 18 prius καὶ om A. ἰσουὶ A, Ἰσουεὶ LXX, Ἰεσοῦς Iosephus.

FONTES. *Cap.* 29. *Iosephi Ant.* 6 7—9. *Regum* 1 15—17.

inter persequendum Ionathas, exsecrationis paternae ignarus, cum in silvam esset ventum in qua apiarium erat, favum comedit. Saul castra hostium oppugnaturus per sacerdotem oraculum consulit num victoriam largiatur deus, sed deo nihil respondente, auctorem offensi numinis quaerit et "ipsum deum testor" inquit "me sontem occisurum, etiamsi filius meus Ionathas fuerit." sorte ducta Ionathas designatur; qui rogatus quid deliquisset, se nullius peccati sibi esse conscium ait, nisi quod pridie, paternae exsecrationis ignarus, de favo gustasset. eo pater audito, se illum occisurum iurat. populus contra et ipse iurat se non passurum ut victoriae auctor occidatur; eoque erepto votis deum placat. Saul Palaestinorum circiter sexaginta milibus occisis regreditur. Ammanitis, Moabitis, Palaestinis, Idumaeis, Amalechitis nec non Subae rege subactis, Israelitas e manu exterorum eripit. (29) filii Sauli erant tres, Ionathas Iesus et Melchisus, ac filiae duae, Meroba et Melchol: imperatorem habebat Abenerem, Neris cognati sui filium.

Dixerat autem Sauli Samuel, iubere deum ut caederet Amalechum, victoriaque potitus nemini parceret, non mulieribus non infan-

Digitized by Google

μὴ νηπίων μὴ ὑποζυγίων μὴ βοσκημάτων, ἐξαλεῖψαι δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς γῆς. καὶ ὁ Σαοὺλ τῷ Ἀμαλὴκ συμβαλὼν κατὰ κράτος νικᾷ καὶ κτείνει πάντας, χειροῦται δὲ καὶ τὸν βασιλέα τῆς B χώρας Ἄγαγ ὠνομασμένον, καὶ οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀγασθεὶς αὐτὸν διὰ κάλλος καὶ μέγεθος· καὶ τὰ τῶν βουκολίων καὶ ποιμνίων καὶ τῶν ἄλλων ἐξαίρετα περιεποιήσατο, ἀμνημονήσας τῆς θείας προστάξεως. χρηματισθεὶς δὲ Σαμουὴλ παρὰ τοῦ θεοῦ, εἰπόντος μεταμεμελῆσθαι ὅτι ἐβασίλευσε τὸν Σαοὺλ, συνήντησε τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ εὐχαριστεῖν ἔλεγε τῷ θεῷ δόντι κράτος αὐτῷ κατὰ τῶν πολεμίων, καὶ πάντα δὲ τὰ κεκελευσμένα ποιῆσαι. καὶ ὁ προφήτης "βοῆς" εἶπεν "ἀκούω ὑποζυγίων καὶ βοσκημάτων ἄλλων. πόθεν ταῦτα;" Σαοὺλ δὲ τὸν λαὸν εἶπεν εἰς θυσίαν τετηρηκέναι αὐτὰ τῷ θεῷ, τοὺς δὲ Ἀμαληκίτας πάντας ἐξαφανισθῆναι ἄτερ τοῦ C βασιλέως αὐτῶν. πρὸς ταῦτα ὁ Σαμουὴλ "ἐπεὶ τὰ κεκελευσμένα σοι" ἔφη "πρὸς θεοῦ παραβέβηκας, ἴσθι ὅτι τὴν βασιλείαν ἀφαιρεθήσῃ." ὁ δὲ κατετίθετο ἁμαρτῆσαι, καὶ ἱλαστήρια θῦσαι τὸν προφήτην ἱκέτευε. καὶ ὃς ὑπεχώρει, Σαοὺλ δὲ τῆς διπλοΐδος ἐπιλαμβάνεται αὐτοῦ καὶ διαρρήσσει ταύτην βιαζόμενος αὐτὸν κατασχεῖν. καὶ ὁ προφήτης "οὕτως" ἔφη "ἡ βασιλεία σου διαρρηχθήσεται καὶ δοθήσεται ἀνδρὶ δικαίῳ καὶ ἀγαθῷ." δεομένου δ' ἔτι τοῦ βασιλέως πείθεται, καὶ ἀχθῆναι τὸν Ἄγαγ αἰτεῖ, καὶ κτανθέντος ἐκείνου κελεύσει αὐτοῦ αὐτίκα εἰς Ἀρμαθαῒμ ἀποχωρεῖ.

2 προσβαλὼν A. 8 "μεταμεμελῆσθαι cod. Reg. et Colbert." Ducang., μεταμελῆσθαι Wolfii codices (ut videtur), μεταμελεῖσθαι A, μεταμελῆσαι PW. 9 δ' εὐχαριστεῖν A, δὲ εὐχαριστῆσαι PW: Iosephus εὐχαριστῶ. 16 ἱλαστήριον A. 17 ἱκέτευε A, ἐκέλευε PW. 19 ἡ βασ. σου ἔφη A. 22 ἁρμαθὲμ ὑποχωρεῖ A.

tibus non iumentis non pecudibus, sed eorum nomen funditus deleret. itaque Saul cum Amalechitis congressus hostes vincit, caedit omnes; sed Agagum illius terrae regem in potestatem redactum admiratione formae et magnitudinis non occidit; armenta etiam, greges caeteraque eximia, divini mandati immemor, conservat. proinde Samuel, a deo edoctus poenitere eum Saulis creati regis, occurrit regi. is ait se gratiam habere deo cuius munere vicisset hostes, et ut iussus fuerit, administrasse omnia. tum Samuel "vocem" inquit "audio iumentorum et aliarum pecudum: unde ista?" Saul respondet, populum ea in victimam asservasse deo: caeterum Amalechitas omnes, rege eorum excepto, deletos esse. ad ea Samuel "quoniam" inquit "dei iussis non obtemperasti, scito te regnum amissurum." at ille, se peccasse fassus, prophetam orat ut per sacrificia deum sibi reconciliet. discedit vates: quem dum Saul per vim retinere nititur, vestem eius abrumpit. ibi propheta "sic" inquit "regnum a te abrumpetur ac viro iusto et bono dabitur." rege autem ne sic quidem remittente preces paret; et Agago adduci occidique iusso, illico Armathaim revertitur.

Digitized by Google

D Καὶ αὐτῷ ἐντέλλεται ὁ θεὸς πρὸς Ἰεσσαὶ ἀπελθεῖν καὶ χρῖσαι τῷ ἐλαίῳ εἰς βασιλέα ἕνα τῶν ἐκείνου υἱῶν ὃν ἂν δείξῃ W I 42 αὐτῷ. καὶ ἀπελθὼν εἰς Βηθλεὲμ καὶ θύσας κέκληκε τὸν Ἰεσσαὶ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. καὶ ἰδὼν τὸν πρωτότοκον μέγαν τε καὶ καλὸν ᾠήθη ἐπ' αὐτῷ τὸν θεὸν εὐδοκεῖν. ὁ δὲ θεός "μὴ ἐπιβλέψῃς" εἶπεν "ἐπὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ, μηδ' εἰς τὸ τοῦ σώματος μέγεθος· ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον ὄψεται, ὁ δὲ θεὸς εἰς καρδίαν." παρελθόντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων παίδων τοῦ Ἰεσσαί, ἐπ' οὐδενὶ εὐδόκησεν ὁ θεός. καὶ εἶπε Σαμουὴλ "οὐκ ἐξελέξατο κύριος ἐν τούτοις, καὶ εἰ ἔστιν ἔτι λοιπός, παρελθέτω." καὶ P I 63 Ἰεσσαί "μικρὸς ἔτι περιλέλειπται" ἔφη "ποιμαίνων." κληθῆναι οὖν αὐτὸν ὁ προφήτης ἐκέλευσεν. ὡς δ' ἧκε κληθεὶς ὁ Δαβίδ, παῖς πυρράκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν καὶ τἆλλα καλός, τοῦτον εἶναι τὸν χρισθησόμενον δηλοῖ τῷ Σαμουὴλ ὁ θεός. καὶ λαβὼν ἐκεῖνος τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου ἔχρισεν αὐτὸν ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ἀρμαθαΐμ. πνεῦμα δὲ θεῖον ἐφήλατο ἐπὶ Δαβίδ, ἐκ δὲ Σαοὺλ ἀπέστη, καὶ πνεῦμα πονηρὸν μετῄει αὐτὸν συμπνῖγον καὶ κακοῦν τὸν ἄνδρα. ἔδοξεν οὖν παρίστασθαί τινα τῷ βασιλεῖ εἰδότα ψάλλειν μετὰ κινύρας, ἵν' ὅτε προσπέσοι αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ἐκταράττον, ψάλλῃ ἐν τῇ κινύρᾳ καὶ κατευ-B νάζῃ τὸν τάραχον. μεταπέμπεται τοίνυν ὡς τοιοῦτον τὸν Δαβίδ· καὶ ἠγαπήθη ὁ νεανίας σφόδρα παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς ὁπλοφόρον αὐτῷ ἐχρημάτισε. καὶ ἐν τῷ ἐπιέναι τῷ βασιλεῖ τὸ πνεῦμα

5 ἐπ' αὐτὸν A. 10 ἔστιν om A. 11 ἐπιλέλειπται A. ποιμαίνων A, ποιμένων PW. 16 ἀρμαθάιμ A.

Ac mandante deo Iessaeum accedit, ut unum ex filiis illius oleo regem inauguraret, qui sibi monstratus esset. Bethleemam cum venisset, re divina facta Iessaeum cum filiis arcessit, et cum primogenitum magnum formosumque vidisset, illum deo placere opinatur. sed deus "ne" inquit "vultum eius intuere nec proceritatem corporis: nam ut homo faciem spectet, animum deus intuetur." praetergressis igitur Iessaei filiis omnibus, nec ullo eorum deo placente, Iessaeo dicit Samuel "nullum horum elegit deus, sed si quis alius tibi est, is prodeat." tum Iessaeus "parvulus adhuc restat, qui oves pascit." eum arcessi propheta iubet. David accitus venit, rufus cum pulchritudine oculorum, caetera etiam formosus. eum esse qui ungendus esset, Samueli significat deus. itaque sumpta ampulla, oleo eum in medio fratrum inungit; atque Armathaim redit. spiritus autem divinus in Davidem insilit et a Saule recedit, pro quo illum malus spiritus invadit, praefocans et exagitans. visum igitur est regi adiungere hominem cinnyra psallendi peritum, ut daemonii insultus ac turbatio cantu illo sopiretur. arcessitur David, ut idoneus ad eam rem, et a rege magnopere diligitur, adeo ut armiger eius appellaretur. quoties igitur spiritus ille

τὸ πονηρὸν κατεπῇδεν αὐτό, καὶ ἀφίστατο, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὁ Σαοὺλ ἐπανήρχετο.

Οἱ δ' ἀλλόφυλοι κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐπεστράτευσαν, ἀντικατέστησαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἐξ Ἰσραήλ. καὶ ἐν μεταιχμίῳ τῶν στρατευμάτων ἀμφοῖν ἀνήρ τις τῶν ἀλλοφύλων στάς, Γολιὰθ ἐκείνῳ τὸ ὄνομα, ἀνὴρ δυνατὸς καὶ πάντων ὑπερανεστηκώς (πηχέων γὰρ ἓξ καὶ σπιθαμῆς τὸ ὕψος αὐτῷ, καὶ ὁ θώραξ αὐτοῦ πεντακισχιλίων σίκλων εἷλκε σταθμόν, καὶ τὸ δόρυ αὐτοῦ ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, καὶ ἡ λόγχη τοῦ δόρατος σίκλων ἑξακο- C *σίων), οὗτος ἐν μέσῳ στὰς ἀνεβόησε πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ "καταβήτω τις ἐξ ὑμῶν καὶ ἀντιστήτω μοι· καὶ ἐὰν πατάξῃ με, δουλεύσομεν ὑμῖν, ἐὰν δὲ ἐγὼ καταβαλῶ αὐτόν, ἔσεσθε ἡμῖν εἰς δούλους." καὶ τοῦτο ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐποίει ἡμέρας. τοῦ δὲ Σαοὺλ τὸν Δαβὶδ πρὸς Ἰεσσαὶ ἀναπέμψαντος, ὁ πατὴρ αὐτὸν ἔσταλκεν εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς στρατευομένοις τῶν ἀδελφῶν κομιοῦντα τὰ ἐπιτήδεια· τρεῖς γὰρ ἦσάν οἱ πρεσβύτεροι τῷ Σαοὺλ συνεπόμενοι. ἐλθόντος δὲ τοῦ Δαβὶδ πρὸς τοὺς ἀδελφούς, ὁ ἀλλόφυλος Γολιὰθ πάλιν ὡς ἔθος αὐτῷ εἰς μονομαχίαν προὐκαλεῖτο καὶ τοὺς Ἑβραίους ὠνείδιζεν ὅτι μηδεὶς αὐτῷ συμμῖξαι* D *θαρρεῖ. ἀκούσας δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ Δαβὶδ ἠγανάκτησε καὶ εἶπε πρὸς τοὺς παρόντας "ἐγὼ μονομαχήσω αὐτῷ." ἀνηγγέλη τοῦτο τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ παραστάντι αὐτῷ τῷ Δαβὶδ "οὐ δυνήσῃ"*

1 *αὐτό*] *αὐτοῦ* A. 8 prius *αὐτοῦ* A, *αὐτῷ* PW. 11 *ἀντικαταστήτω* A. 11 et 12 *ἂν* A. 12 *δουλεύσομεν* A, *δουλεύσωμεν* PW. 13 *ἐποίει ἐπὶ τ. ἡμ.* A. 15 *εἰς τὸ στρ. ἔσταλκε* A. 19 *αὐτῶν* A. 20 *ὁ* add A. 22 *δυνήσῃ* A, *δυνήσει* PW.

malus regem invadebat, carminibus illius abigebatur, et Saul ad se redibat.

Cum autem Palaestini bellum Israelitis intulissent, atque hi in procinctu starent, quidam ex alienigenis stans in medio amborum exercituum, nomine Golias, vir robustus et magnitudine corporis omnibus superior, quippe statura sex cubitorum et dodrantis, cuius thorax siclorum quinque milia pendebat, hasta instar iugi textorii erat, mucrone sexcentorum siclorum pondere, is igitur in medio stans exclamat ad Israelitas "descendat aliquis vestrum et mecum congrediatur: qui si me percusserit, serviemus vobis; sin ego illum deiecero, vos nostri servi eritis." idque quadraginta diebus continenter fecit. David autem a Saule ad patrem Iessaeum remissus, subinde in castra missitabatur ad afferendum fratribus militantibus commeatum: nam tres natu maiores Saulem sequebantur. cum igitur ad fratres venisset, Golias rursus de more singulare certamen poscebat et Hebraeis exprobrabat neminem secum congredi audere. iis verbis auditis indignatus David ad eos qui aderant ait se cum illo pugnaturum. quo nuntiato rex Davidi "non"

Digitized by Google

ἔφη "διὰ μάχης χωρῆσαι πρὸς τοῦτον τὸν ἀπερίτμητον· παῖς γὰρ σὺ ἔτι." καὶ ὁ Δαβὶδ θαρρεῖν ἔλεγεν ἐπὶ τῷ θεῷ, ὃς αὐτὸν κατὰ τῆς ἄρκτου ἐνίσχυσε καὶ κατὰ τοῦ λέοντος ἐπερχομένων τῇ ποίμνῃ καὶ θρέμματα ἁρπαζόντων, οὓς διῶξαι εἶπε καὶ τὰ μὲν ἡρπαγμένα ἐπανασώσασθαι, πατάξαι δὲ τοὺς θῆρας καὶ ἀνελεῖν.
P I 64 ἐπὶ τούτῳ ἔφη θαρρεῖν ὡς καὶ τὸν ἀλλόφυλον πατάξαι δώσει αὐτῷ καὶ ἐξελεῖν ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ. ὁ μὲν οὖν εἶπε ταῦτα, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέτρεψέν οἱ πορεύεσθαι, καὶ περιέθετο τὰ οἰκεῖα ὅπλα αὐτῷ. καὶ ἦσαν ἄχθος αὐτῷ, καὶ ἀπεδύσατο ταῦτα, ἄρας δὲ τὴν βακτηρίαν καὶ πέντε λίθους ἐν τῷ καδδίῳ ἐνθέμενος καὶ τὴν σφενδόνην φέρων ἐν τῇ χειρί, πρὸς τὸν ἀλλόφυλον ὥρμησεν. ὁ δὲ κατεγέλα αὐτοῦ καὶ ἐπυνθάνετο εἰ πρὸς κύνα τῇ βακτηρίᾳ
W I 43 καὶ τοῖς λίθοις πορεύεται. καὶ ὁ Δαβὶδ καὶ χείρω κυνὸς ἡγεῖσθαι αὐτὸν ἀπεκρίνατο. ἐκεῖνος δὲ ὀργισθείς, καὶ μεγαλαυχήσας δώσειν τὰς σάρκας αὐτοῦ τοῖς πετεινοῖς τε καὶ τοῖς θηρσίν, ὥρ-
B μησεν ἐπ' αὐτόν. ταχύνας δὲ ὁ Δαβὶδ καὶ λίθον τῇ σφενδόνῃ ἐνθέμενος ἐπὶ μέτωπον ἐπάταξε τὸν πολέμιον. καὶ ἦν ἡ πληγὴ κραταιά, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ὁ ἀλλόφυλος. δραμὼν δὲ Δαβὶδ καὶ τὴν ἐκείνου ῥομφαίαν σπασάμενος ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν Γολιὰθ καὶ σκυλεύει τὰ ὅπλα αὐτοῦ. τοῦτο τοῖς ἀλλοφύλοις δειλίαν ἐνέβαλε, καὶ ἔκλιναν εἰς φυγήν. Σαοὺλ δὲ τὸ οἰκεῖον αὐτοῖς ἐπάγει στράτευμα φεύγουσι· καὶ κτείνεται τῶν Παλαιστηνῶν πλῆθος πολὺ καὶ πλείονες τραυματίζονται καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν διαρπάζεται. τὴν κεφαλὴν δὲ Γολιὰθ προσάγει Δαβὶδ τῷ Σαούλ, τὴν δὲ ῥομφαίαν τῷ θεῷ ἀνατίθησιν.

inquit "poteris pugnam committere cum isto incircumciso, cum puer adhuc sis." tum David se deo fretum esse respondet, qui sibi contra ursam vires dedisset et contra leonem qui gregem invasissent et pecudes rapuissent: eos se persecutum et rapta recuperasse et percussisse bestias atque occidisse. eo igitur se esse fretum, qui et alienigenam illum sibi perimendum sit traditurus, et ignominiam Israeliticae gentis depulsurus. atque ille quidem haec dicebat, rex autem ire permittens sua illi arma accommodat: quibus David gravatus uti recusat, sed baculo sublato et quinque lapidibus in pera conditis cum funda sua ad alienigenam properat. at ille per derisum interrogat num ad canem cum baculo et lapidibus iret. David respondet eum sibi cane deteriorem videri. tum ille iratus verbis arrogantibus se carnem eius feris et alitibus daturum minitans contra Davidem ruit: qui et ipse celeriter lapide fundae imposito frontem hostis ictu adeo vehementi ferit ut is pronus in faciem corrueret. David accurrit, eductoque Goliae gladio caput illi praecidit, et spolia eius legit. ea re alienigenae territi in fugam vertuntur. Saul immisso fugientibus exercitu suo magnam turbam occidit, plures vulnerat, castra diripit. David Goliae caput Sauli offert, gladium deo consecrat.

30. Ἐπανιούσης δὲ τῆς στρατιᾶς αἱ γυναῖκες συνήντων C αὐτοῖς καὶ χορεύουσαι χιλιάδας ὀλέσαι τὸν Σαοὺλ ᾖδον, αἱ δὲ παρθένοι μυριάδας τὸν Δαβὶδ ἀφανίσαι ἀντῇδον. τοῦτο πρὸς φθόνον ἠρέθισε τὸν Σαούλ, φήσαντα "καὶ τί αὐτῷ ὑστερεῖ πλὴν ἡ βασιλεία;" καὶ ὑπεβλέπετο τὸν Δαβίδ. ἐπιπεσόντος δὲ τῷ Σαοὺλ πνεύματος πονηροῦ, καὶ τοῦ Δαβὶδ κατεπᾴδοντος ὡς ἔθος αὐτῷ, τὸ δόρυ ἔβαλεν ὁ Σαοὺλ κατ' αὐτοῦ· καὶ δὶς τοῦτο ἐποίησε. καὶ ὁ Δαβὶδ ἐξέκλινε· κύριος γὰρ ἦν μετ' αὐτοῦ. δεδιὼς δὲ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς χιλίαρχον ἐποιήσατο, ἵν' εἰς τοὺς πολεμίους ἀπιὼν κινδυνεύσῃ. ὁ δὲ τῷ θεῷ συμμαχούμενος εὐωδοῦτο, καὶ ὁ λαὸς ἠγάπα αὐτόν, καὶ ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Μελχὸλ ἤρα Δαβίδ. D προσηγγέλθη οὖν ὁ ἔρως τῷ βασιλεῖ, καὶ ὃς εἰς λαβὴν ἐπιβουλῆς ἐχρᾶτο τῷ ἔρωτι. ἔφη γὰρ δώσειν αὐτῷ τὸ θυγάτριον εἰ ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἐνέγκοι αὐτῷ, οἰηθεὶς πεσεῖσθαι αὐτὸν τοῖς ἀλλοφύλοις μαχόμενον. τοῦτο μαθὼν ὁ Δαβὶδ ἐπορεύθη μετὰ τῶν ὑπ' αὐτόν, καὶ ἐπάταξεν ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις καὶ ἤνεγκεν ἀκροβυστίας τῷ Σαοὺλ ἑκατόν. ὁ δὲ Ἰώσηπος οὐχ ἑκατὸν ἀκροβυστίας κομίσαι τὸν Δαβίδ, ἀλλὰ ἑξακοσίας κεφαλὰς ἀλλοφύλων. καὶ ζεύγνυσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Μελχόλ. ὁρῶν δὲ τὸν Δαβὶδ καὶ τῷ θεῷ συμμαχούμενον καὶ τῷ πλήθει φιλούμενον, ἔτι μᾶλλον ἐδεδίει, καὶ ἐπεβούλευεν αὐτῷ, καὶ κτανεῖν ἐπεχείρει. P I 65

2 αὐτοῖς A, αὐτῷ PW. 3 τὸν] τῷ A. 4 φόνον A. ὑστερεῖ] λείπεται A: illud Iosephus. 5 ὑπερεβλέπετο A. 7 ἔβαλε κατ' αὐτοῦ ὁ σαοὺλ A. 10 εὐωδοῦτο A, εὐοδοῦτο PW. 14 16 et 17 ἀκροβύστας A. 14 ἐνέγκῃ A. 15 μαχούμενον A. 21 αὐτῷ om A.

Fontes. *Cap.* 30. *Iosephi Ant.* 6 10 *et* 11. *Regum* 1 19.

30. Redeunti domum exercitui occurrunt mulieres ac saltantes Saulem mile occidisse canunt; Davidem vero decem milia delevisse respondent virgines. ea verba Saulem ad invidiam incitarunt, ut diceret "quid ei praeter regnum deest?" et Davidem suspectum haberet. itaque cum malo spiritu corriperetur, eumque David de more excantaret, lanceam contra illum mittit: idque iterato factum. sed David praesidio divino septus ictum declinat. deinde rex Davidem metuens tribunum militum creat, ut inter hostes periclitetur. at ille deo adiutore rem bene gerit, populo carus; nec non Melchol filia regis illius amore capitur. quo Saul nuntiato struendarum insidiarum occasionem arripit, filiam ei se daturum pollicens si centum praeputia alienigenarum sibi attulisset, fore sperans ut in praelio caderet. eo David intellecto, cum suis militibus profectus, caesis hostibus centum Sauli praeputia affert (Iosephus non centum praeputia sed sexcenta capita attulisse narrat), itaque Melcholis coniugio potitur. caeterum Saul, qui eum et divinitus foveri et publice carum haberi cerneret, magis etiam formidare, insidiari, moliri

Digitized by Google

12. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐγένετο· Ἱεροβοὰμ δὲ τῆς αὐτῆς εἴχετο ἀσεβείας ἢ καὶ ἐπεδίδου καθ' ἑκάστην παρανομῶν, καὶ χρημάτων τὴν ψευδῆ τῶν ὑψηλῶν ἱερωσύνην παρεῖχε τοῖς θέλουσιν ὤνιον. καὶ εἰς ἁμαρτίαν ἡ πρᾶξις αὕτη ἐλογίσθη αὐτῷ, καὶ εἰς ἀφανισμὸν τοῦ οἴκου αὐτοῦ γέγονε καὶ εἰς ὄλεθρον. εἰ δὲ τὸ τὴν ἀνίερον ἐκείνην ἱερωσύνην ἀποδίδοσθαι χρημάτων ἁμαρτία λελόγιστο, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν πωλούντων καὶ ὠνουμένων τὴν θείαν ὄντως ἱερωσύνην, τὴν τῆς φρικτῆς καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τελεστικήν;

6 τὸ σῶμα] sic P e codice Colberteo: omittunt codices Wolfii, qui e coniectura dedit τὰ λείψανα. 14 ἢ] ἣ A. 15 παρεῖχε AW, παρεῖκε P.

Fontes. *Cap.* 12. *Iosephi Ant.* 8 9—12. *Regum* 3 13—16. *Paralip.* 2 12—17.

propheta fide adhibita pseudoprophetae verbis, redit: sed dum illo hospitio fruitur, divinitus audit se propterea quod iussa executus non sit a leone interfectum iri. domum rediturum occidit leo, atque assidens et cadaver et iumentum custodit. quo pseudopropheta cognito, mortui corpus collectum sepelit, suisque liberis mandat ut se mortuum iuxta illum sepelirent: eo utique consilio ut, cum secundum praedictionem illius altare everteretur, et sacerdotum ac pseudoprophetarum ossa igni traderentur, eam contumeliam ipse iuxta hominem divinum situs effugeret.

12. Haec ita gesta sunt: Ieroboamus autem suam impietatem adeo non minuebat, ut etiam in dies augeret, falsum illud editorum locorum sacerdotium quibusvis pretio venditans: quae res noxae illi fuit imputata, et in familiae eius perniciem et interitum vertit. quod si profanum illud sacerdotium addicere pecunia nefas est habitum, quid de iis dicemus qui vere divinum illud sacerdotium, quo veneranda illa et incruenta victima immolatur, pretio vendunt atque redimunt?

Digitized by Google

Ἐνόσησε δὲ Ἀβιὰ ὁ υἱὸς Ἱεροβοάμ· καὶ ἔστειλε τὴν γυναῖκα C αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἀχιὰ τὸν προφήτην, εἰ ζήσεται ἐρωτήσουσαν. ἡ δὲ ἰδιωτικὴν μεταμφιασαμένη στολὴν ἀπῆλθε. καὶ ὁ προφήτης τὸ δρᾶμα γνοὺς "μὴ κρύπτε σαυτήν, γύναι Ἱεροβοάμ" ἔφη, "ἄπιθι δὲ καὶ τῷ ἀνδρί σου εἰπὲ ὅτι, ἐπεὶ καταλιπὼν τὸν θεὸν σεαυτῷ θεοὺς ἐποίησας χωνευτούς, προσδόκα τήν τε βασιλείαν ἀφαιρεθήσεσθαι καὶ αὐτὸς παγγενῆ ἐξολοθρευθήσεσθαι. ὅτι δέ σοι ἀσεβήσαντι καὶ τὸ πλῆθος ἐπηκολούθησεν, οὐδ' W I 62 ἐκεῖνο μένει ἀτιμώρητον. σὺ δὲ ἄπιθι, γύναι, καὶ θανόντα εὑρήσεις τὸν παῖδά σου, ὃς καὶ ταφήσεται θρηνηθείς· μόνος γὰρ ἐξ Ἱεροβοὰμ οὗτος ἦν ἀγαθός." ἀπελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ τὸν D μὲν παῖδα εὗρε θανόντα, τῷ δὲ ἀνδρὶ τὰ παρὰ τοῦ προφήτου ἀπήγγειλεν. ὁ δ' οὐδὲν ἐξ ἐκείνων ἐβελτιώθη, τυγχάνων ἀσύνετος.

Ῥοβοὰμ δὲ τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος βασιλεύοντος ἐν Ἱερουσαλήμ, οἱ παρὰ τοῖς Ἰσραηλίταις ἱερεῖς καὶ Λευῖται καὶ ὅσοι τοῦ πλήθους ἦσαν συνιέντες τὸ ἀγαθόν, ἀποστάντες τῶν ἰδίων πόλεων εἰς Ἱεροσόλυμα παραγίνονται· κἀντεῦθεν ἡ βασιλεία τοῦ Ῥοβοὰμ ηὔξητο. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἠσέβησεν εἰς θεόν, καὶ πᾶς ὁ οἶκος Ἰούδα τῆς τοῦ θεοῦ θρησκείας κατωλιγώρησε. διὸ καὶ ἀνέβη Σουσακὶμ ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ μετὰ βαρείας δυνάμεως ἐν ἔτει πέμπτῳ τῆς βασιλείας τοῦ Ῥοβοάμ. συγ- P I 89 κλείσας δὲ αὐτὸν Ῥοβοὰμ ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν λαόν, ἐδέετο τοῦ

4 τὸ δρᾶμα — 5 ἄπιθι δὲ om A. 13 ἀπήγγειλεν· ὁ δ' οὐδὲν A, ἀπήγγειλε. Οὐδὲν δὲ PW. 15 δὲ add A.

Cum autem Abias Ieroboami filius aegrotaret, rex uxorem suam plebeia veste indutam ad Achiam prophetam mittit, percontaturam num puer evasurus esset morbum. sed propheta commento agnito "ne te" inquit "dissimulato, Ieroboami uxor; sed marito tuo dicito, quia deo relicto ipse sibi deos conflaverit, et regni amissionem et interitum cum omni familia ei esse exspectandum: praeterea cum populus eius etiam impietatem sit secutus, ne illum quidem fore impunitum. tu vero abi, mulier, filium tuum mortuum inventura, qui cum fletu sepelietur: solus enim ex Ierobeam bonus fuit." mulier digressa filium mortuum invenit, et prophetae verba nuntiat marito: quibus ille, quippe homo corrupti ingenii, nihilo factus est melior.

Sed Roboamo regnante Hierosolymis, Israelitici generis Levitae et sacerdotes et alii ex populo, quid bonum esset intelligentes, relictis suis oppidis Hierosolyma concesserunt. unde Roboami regnum augebatur, quamvis et ipse impietate laeserit deum, et tota Iudaica domus dei cultum neglexerit. quamobrem Susacus Aegyptiorum rex cum magnis copiis adscendit Hierosolyma, Roboamo quintum iam annum regnante. qui una cum populo in urbe conclusus salutem a deo votis exposcebant, delicta sua

Digitized by Google

θεοῦ δοῦναι σωτηρίαν αὐτοῖς, καὶ ἃ ἥμαρτον εἰς θεὸν ἐξωμολογοῦντο. παρακληθεὶς δὲ ὁ θεὸς οὐκ ἀπολέσειν αὐτοὺς ἀλλὰ δώσειν εἶπεν ὑποχειρίους τοῖς πολεμίοις. δεξαμένου τοίνυν ἐν τῇ πόλει Ῥοβοὰμ τὸν Αἰγύπτιον ἐπὶ συνθήκαις, παρασπονδήσας ἐκεῖνος τοὺς τοῦ θεοῦ τε θησαυροὺς ἐσύλησε καὶ τοὺς βασιλικοὺς ἐξεκένωσε, καὶ τὰ χρυσᾶ ὅπλα ἃ ἐποίησε Σολομὼν καὶ τὰ δόρατα τὰ χρυσᾶ ἃ ὁ Δαβὶδ ἀνέθετο πάντα ἀφείλετο. ἐτελεύτησε δὲ
B Ῥοβοὰμ ζήσας ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑπτά, ἐξ ὧν ἑπτακαίδεκα βεβασίλευκε, διάδοχον τὸν υἱὸν καταλιπὼν Ἀβιού. καθ' οὗ Ἱεροβοὰμ ἐξεστράτευσεν, ἀεὶ καὶ τῷ Ῥοβοὰμ πολεμῶν. Ἀβιοὺ δὲ οὐκ ἔπτηξε τὴν ἔφοδον, ἀλλ' ἀντιτάξας αὐτῷ τοὺς οἰκείους, νίκην νικᾷ περιβόητον, ὡς μηκέτι θαρσῆσαι τὸν Ἱεροβοὰμ ἀντιπαρατάξασθαι. τελευτᾷ δὲ Ἀβιοὺ βασιλεύσας ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔτη τρία, ποιήσας τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. καὶ ἐβασίλευσεν Ἀσὰ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τοὺς θείους θεσμοὺς τηρήσας κατὰ Δαβὶδ τὸν οἰκεῖον προπάτορα.

Τέθνηκε δὲ καὶ Ἱεροβοὰμ ἀνύσας ἐν τῇ ἀρχῇ ἔτη δύο καὶ εἴκοσι. καὶ διεδέξατο αὐτὸν Ναβὰτ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, κἀκεῖνος ἀσε-
C βὴς κατὰ τὸν πατέρα γενόμενος. ὃς πόλιν τῶν ἀλλοφύλων πολιορκῶν Γαβαθὼν, ἐπιβουλεύθη παρὰ Βαασὰν υἱοῦ Ἀχιά, καὶ τέθνηκε δύο ἄρξας ἐνιαυτούς. Βαασὰν δὲ τῆς τῶν δέκα φυλῶν βασιλείας ἐγκρατὴς γεγονὼς πᾶν τὸ γένος τοῦ Ἱεροβοὰμ ἐξωλόθρευσε. καὶ οὗτος δὲ ὡς Ἱεροβοὰμ παρηνόμησε καὶ τὸν λαὸν

12 ἀντιτάξασθαι A. 15 ἀσὰ etiam A, in margine βασιλεία ἀσᾶ.

confitentes. deus exoratus se non deleturum illos sed dediturum hostibus respondit. itaque susceptus a Roboamo per conditiones Aegyptius, rupto foedere et sacros et regios thesauros spoliat, et aurea arma a Salomone facta et aureas hastas a Davide dedicatas omnes rapit. moritur Roboamus anno aetatis quinquagesimo septimo, regni decimo septimo, successore relicto filio Abio; cui bellum intulit Ieroboamus, cum et Roboamum perpetuo armis lacessisset. Abius autem impetu eius non reformidato, sed domesticis illi copiis oppositis, celebrem victoriam reportavit, ut Ieroboamus in aciem descendere postea non auderet. mortuus est Abius cum triennium regnasset Hierosolymis, homo in deum impius. Asa vero filius eius regno suscepto divina instituta observavit, exemplo Davidis principis familiae suae.

Mortuus est et Ieroboamus, exactis in imperio annis duobus supra viginti. ei successit Nabat filius, homo et ipse ad exemplum patris impius: qui dum Gabathon urbem barbaram oppugnat, per insidias Baasae filii Achiae occiditur, anno regni secundo. Baasas vero regni Israelitici potitus omne Ieroboami genus exstirpavit, vir et ipse Ieroboamo nihilo obser-

Digitized by Google

ὁμοίως πεποίηκεν ἁμαρτεῖν. καὶ ἠπείλησεν αὐτῷ ὁ θεὸς διὰ Ἰηοῦ τοῦ προφήτου διαφθερεῖν τὸν οἶκον αὐτοῦ ὡς τὸν οἶκον Ἱεροβοάμ. τέθνηκε δὲ καὶ οὗτος, ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ βασιλεύσας ἔτη ἐπὶ τέσσαρσιν εἴκοσι. καὶ Ἠλὰ ὁ υἱὸς αὐτοῦ γέγονε τῆς πατρικῆς βασιλείας διάδοχος. ὃν Ζαμβρὴ ὁ ἄρχων τῆς ἵππου αὐτοῦ μεθύοντα κτείνας ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς βασιλεύσαντα, τήν τε D βασιλείαν ἀφείλετο καὶ τὸ γένος ἅπαν τοῦ Βαασὰν ἐξωλόθρευσεν. ἡ δὲ τῶν Ἰσραηλιτῶν στρατιὰ πολιορκοῦσα τὴν Γαβαθών, μαθοῦσα ὅτι Ζαμβρὴ κτείνας τὸν Ἠλὰ ἐβασίλευσε, τὸν οἰκεῖον στρατάρχην Ζαμβρὴν ἐν τῇ παρεμβολῇ ἀνηγόρευσε, καὶ τὴν πόλιν Θερσὰ μετ' αὐτοῦ προκαταλαβοῦσα κρατεῖ ταύτης. Ζαμβρὴ δὲ ὁ πρότερος εἰς τὸ μυχαίτατον τῶν βασιλείων εἰσδὺς καὶ ἐμπρήσας αὐτό, συνδιέφθειρεν ἐκείνῳ καὶ ἑαυτόν, ἑπτὰ ἡμέρας τὴν ἀρχὴν κατασχών. εἶτα μερίζεται ὁ λαός, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ τὸν Ζαμβρὴν ᾑρεῖτο, τὸ δ' ἕτερον τὸν Θαμνί. ἀλλ' ὑπερι- W I 63 σχύσαντες οἱ τοῦ Ζαμβρῆ, καὶ ἀνελόντες τὸν Θαμνί, ἀστα- P I 90 σίαστον τὴν ἀρχὴν τῷ Ζαμβρῇ περιεποιήσαντο. ὃς πρότερον μὲν ἐν Θερσὰ διῆγεν βασιλεύων, ἔπειτα δ' ἐν Μαρεώνῃ τῷ ὄρει, ἐν ᾧ πόλιν ἐδομήσατο ἣ Σαμάρεια κέκληται, αὐτοῦ Σαμαραιὸν τὸ ὄρος καλέσαντος εἰς ὄνομα Σεμηρών, ἀφ' οὗ τοῦτο ἐπρίατο· χειρων τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονώς. καὶ κατέστρεψε τὴν ζωὴν ἐν Σα-

3 ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ] "haec addidimus ex ms. cod." Ducangius. 4 ἔτη om W. 10 Ζαμβρὴν] Ἀμαρῖνον Iosephus, Ἀμβρὶ (cod. Alex. Ζαμβρί) LXX: Vulgata cum libris Hebraeis Amri. 13 θαμνί AW, Θαμνὴν P, Θαμνὴν codices Ducangii. 16 τὸν om A. 18 Μαρεώνῃ etiam Iosephus, ubi Σεμαρεῶνι Hudsonus et Havercampus: LXX Σεμερὼν vel Ἐμερών. 19 τὸ ὄρος om A. 20 σεμηρῶν A, σεβηρὼν W, Σεμειρὼν P: "Σέμειρον" (sic) "reposuimus ex mss." Ducangius: LXX Σεμήρ, Iosephus Σεμάρου.

vantior legum, et populo delinquendi auctor. quare deus per prophetam Iehum ei comminatur, se eius quoque familiam ut Ieroboami excisurum. mortuus est hic anno regni vigesimo quarto, Ela filio regni successore relicto. quem anno imperii secundo Zambres eius magister equitum occidit ebrium, regnoque occupato universum Baasae genus delevit. caeterum Israeliticus exercitus dum Gabathon obsidet, audito Zambris facinore et occupatione regni, Zambrem alium, ducem suum, qui in castris erat, regem salutat, et urbem Thersam ductu illius occupatam obtinet. quare prior ille Zambres in intimam regiam sese recipit, eaque incensa una conflagrat, cum septem dies imperium tenuisset. facta post hoc populi secessione, alii Zambrem eligunt alii Thamnim. verum Zambrea factio viribus superior, Thamni sublato regnum Zambri tranquillum tradiderunt. is principio Thersae regnavit, deinde Mareone monte occupato urbem condidit nomine Samariam, cum ipse monti nomen Samarei indidisset de nomine Semeri, a

Digitized by Google

μαρείᾳ, δώδεκα βασιλεύσας ἐνιαυτούς. ἡ δὲ βασιλεία περιῆλθεν εἰς Ἀχαὰβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

Οἱ μὲν οὖν τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖς ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ διὰ τὴν παρανομίαν αὐτῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεφθάρησαν, Ἀσὰ δὲ ὁ τῆς Ἱερουσαλὴμ βασιλεὺς θεοφιλὴς ἦν. οὗ τῷ δεκάτῳ τῆς βα-
B σιλείας ἔτει ὁ βασιλεὺς Αἰθιόπων στρατεύει κατ' αὐτοῦ μετὰ βαρείας δυνάμεως. ὁ δὲ τὸν θεὸν σύμμαχον ἐπεκέκλητο· καὶ συμπλακεὶς τοῖς Αἰθίοψι πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, τοὺς δὲ λοιποὺς φυγόντας ἐδίωξε καὶ τὴν παρεμβολὴν ἐκείνων διήρπασε, καὶ πολλὰ αὐτὸς καὶ ὁ λαὸς ἐκομίσαντο λάφυρα. ἀναζευγνύντι δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ στρατιᾷ ὁ προφήτης Ἀζαρίας ὑπαντήσας, τῆς νίκης τὸν θεὸν εἶναι αὐτῷ δοτῆρα εἶπε καὶ τῷ λαῷ, δικαιοσύνης ἐπιμελουμένοις. καὶ μετιοῦσι μὲν ἀρετὴν εὐδαιμονίαν καὶ εἰσέπειτα ἐπηγγείλατο, τῶν δὲ τοῦ θεοῦ ἐντολῶν κατολιγωρήσασι πολλὰ συμβήσεσθαι λυπηρά. Ἀσὰ τοίνυν ἐν εὐσεβείᾳ τὴν ζωὴν ἀνύσας
C καὶ εἰς γῆρας καταντήσας βαθὺ τέθνηκε, βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς ἐφ' ἑνὶ τεσσαράκοντα, Ἰωσαφὰτ οἰκείῳ υἱῷ τὴν ἡγεμονίαν καταλιπών.

13. Ἀχαὰβ δὲ ἐν Σαμαρείᾳ ἐκέκτητο τὰ βασίλεια, τοὺς πρὸ αὐτοῦ παραδραμὼν εἰς ἀσέβειαν, καὶ ὑπὸ τῆς γυναικὸς Ἰεζάβελ μᾶλλον εἰς κακίαν προβιβασθείς, ἣ τοῦ βασιλέως μὲν Τύρου καὶ Σιδῶνος θυγάτηρ ἦν, ἰταμὸν δὲ καὶ τολμηρὸν γύναιον. αὕτη ναὸν τῷ οἰκείῳ θεῷ τῷ Βὴλ ἐδομήσατο καὶ ἄλσος ἐφύτευσε

13 εὐδαιμονίαν AW, εὐδαιμονίας P. 14 ἐπηγγέλλετο A. 23 τῷ post θεῷ om A. ἐδομήσατο A, ἐδωρήσατο PW.

Fontes. *Cap.* 13. *Iosephi Ant.* 8 13. *Regum* 3 16—20.

quo eum emerat. vicit hic improbitate superiores reges. mortuus est Samariae anno regni duodecimo, quod ad Achabum eius filium devenit.

Sic Israelitarum reges alius post alium ob patrias leges violatas exiguo tempore perierunt, Asa vero rex Hierosolymorum, dei amans, regem Aethiopum cum magnis copiis invadentem deo adiutore invocato aggressus multos hostium occidit, reliquos in fugam versos persequitur, castra diripit, multis et ipse et populus spoliis auctus. reducenti exercitum regi propheta Azarias occurrit, victoriae deum et ipsi et populo propter iustitiae cultum auctorem exstitisse affirmat: quod si virtutem colerent, in posterum etiam fore felices; sin dei mandata neglexissent, multis aerumnis conflictaturos. Asa igitur vita pie acta, et longam senectutem adeptus, obiit anno regni primo et quadragesimo, filio Iosaphato relicto successore.

13. Achabus autem Samariae regiam tenebat. qui antecessoribus suis impietate superior, ab uxore Iezabele magis etiam ad improbitatem exstimulabatur. erat illa regis Tyri et Sidonis filia, muliercula ferox et audax, quae Belo deo suo aedem condidit et lucum consecravit, sacerdoti-

Digitized by Google

καὶ ἱερεῖς αὐτῷ καὶ ψευδοπροφήτας κατέστησεν. Ἠλιοὺ δὲ ὁ
προφήτης ἐκ πόλεως Θέσβης, ζηλώσας ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις τοῦ βα-
σιλέως καὶ τοῦ λαοῦ, εἶπε πρὸς Ἀχαάβ "ζῇ κύριος εἰ ἔσται ὑετὸς
εἰ μὴ διὰ λόγου μου." καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπῆλθεν ἐν τῷ χειμάρ- D
ρῳ Χοράθ κατ' ἐντολὴν τοῦ θεοῦ· ἔνθα παρὰ κοράκων ἐτρέφετο
ἄρτους αὐτῷ κομιζόντων πρωῒ καὶ κρέας τὸ δειλινόν, τὴν δὲ πό-
σιν αὐτῷ ἐχορήγει ὁ χείμαρρος. οὗ ξηρανθέντος εἰς Σαρεφθὰ
πόλιν οὖσαν μεταξὺ Σιδῶνος καὶ Τύρου τῷ θεῷ πειθόμενος
ἄπεισι. καὶ πρὸ τῆς πόλεως γυναικί τινι ἐντυχών, ὕδωρ αὐτῷ
κομίσαι ἱκέτευεν. ὡς δ' ἐπορεύετο ἡ γυνή, καὶ ἄρτον αὐτῷ
ἐνεγκεῖν ἠξίου. ἡ δὲ μιᾶς δρακὸς ἀλεύρου ἐξώμνυτο εὐπορεῖν καὶ
βραχυτάτου ἐλαίου, καὶ συλλέξασα ξυλάρια ἀπιέναι ποιήσουσα
μικρὰν τροφὴν ἑαυτῇ καὶ τοῖς παισίν, ἧς ἐκλιπούσης καὶ αὐτοὺς
λιμῷ ἐκλιπεῖν. ὁ δὲ προφήτης θαρρεῖν αὐτῇ ἐγκελεύεται· μηδὲ P I 91
γὰρ ἐκλείψειν ἄλευρον ἐκ τοῦ ἀγγείου τοῦ τοῦτο φέροντος, μηδ'
ἔλαιον ἐκ τῆς ληκύθου, ἕως γένηται ὑετός. ἡ δὲ πορευθεῖσα τόν
τε προφήτην παρ' αὐτῇ ξενισθέντα καὶ ἑαυτὴν καὶ τὰ τέκνα ἐκ
τοῦ βραχίστου ἐκείνου ἀλεύρου ἔτρεφεν ἕως ὁ λιμὸς παρελήλυθε.
νοσήσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ τῆς γυναικὸς ταύτης καὶ θανόντος, ἐβλα-
σφήμει κατὰ τοῦ προφήτου ἐκείνη. ὁ δὲ δοθῆναι αὐτῷ τὸ τε-
θνηκὸς παιδίον ᾔτησε. καὶ λαβὼν εἰς τὸ ὑπερῷον ἔνθα ᾤκει ἀνή-
νεγκε καὶ ἔθετο ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ· καὶ τὸν θεὸν ἱκετεύσας τρισ-
σάκις ἐνεφύσησε τῷ νεκρῷ, καὶ ἀνέζησε. καὶ ἔδωκε τὸν παῖδα ζῶντα

2 Θεσβώνης Iosephus: LXX ἐκ Θεσβῶν. 10 ἐπωδύρετο (in marg. al. m. ἐπορεύετο) A.

bus etiam et pseudoprophetis institutis. Elias autem urbe Thesba ortus, perversam regis et populi religionem animo iniquissimo ferens, Achabo ait "ita vivit dominus, ut pluvia non descendet nisi ad preces meas." haec elocutus ex mandato dei ad torrentem Chorath abiit, ubi a corvis alebatur, qui mane panes, vesperi carnes illi afferebant; potum praebebat torrens. quo exsiccato, Sarephtham deo monente abit, urbem intra Tyrum et Sidonem sitam. ante quam, cum in mulierem quandam incidisset, orat ut aquam sibi afferat: quae dum abit, ut panem etiam afferat petit. illam iurantem, sibi pugillum duntaxat farinae unum esse et pauxillum olei, proinde se abire ad colligenda sarmenta ut exiguum cibum sibi et liberis paret, quo absumpto fame perituri sint et ipsi, propheta bono animo esse iubet: neque farinae cistam neque olei ampullam defecturam esse, donec pluvia descendisset. illa igitur et prophetam hospitem et se et liberos suos exigua illa farina alit, donec fames praeterisset. caeterum filio suo ex morbo defuncto cum propheta expostulat. sed ille mortuum sibi puerum dari iubet: quem in coenaculum, in quo ipse diversabatur, allatum in suo lectulo collocat; invocatoque deo, et cadavere ter afflato, puerum matri gratias

Digitized by Google

B τῇ γειναμένῃ· ἡ δ' ηὐχαρίστει. καὶ μετὰ ταῦτα ἐνετείλατο τῷ
Ἠλιοὺ ὁ θεὸς πορευθῆναι καὶ προειπεῖν Ἀχαὰβ ὡς ἔσται ὑετός.
W I 64 ὁ δὲ λιμὸς ἐπὶ Σαμάρειαν καὶ τὴν χώραν ἅπασαν κεκραταίωτο.
Ἀχαὰβ δὲ τὸν οἰκονόμον αὐτοῦ Ἀβδιοὺ ἄνδρα χρηστὸν παραλα-
βὼν ἀπῄει εἰ εὕροι τοῖς ἵπποις χιλόν. καὶ ὁ μὲν ἄλλην ἀπῄει
ὁδόν, ἑτέραν δὲ Ἀβδιού, ἐρευνῶντες ποῦ ἂν εὕροιεν χορτὸν ἐν
πηγαῖς ἢ χειμάρροις. συναντᾷ τοίνυν τῷ Ἀβδιοὺ ὁ Ἠλίας καὶ
ᾔτει τῷ βασιλεῖ μηνύειν αὐτόν. ὁ δὲ καὶ μάλα ζητεῖσθαι παρὰ
τοῦ Ἀχαὰβ ἔλεγεν αὐτόν, ἵνα ἀνέλοι εἰ εὕροι, καὶ κρύπτεσθαι
συνεβούλευεν, ἔλεγέ τε καὶ αὐτὸς ἑκατὸν προφήτας κρύπτειν καὶ
C τρέφειν καὶ σώζειν οὕτω, τοὺς ἄλλους πάντας τῆς Ἰεζάβελ ἀνη-
ρηκυίας. ὁ δὲ ὤμοσε κατ' ἐκείνην ὀφθήσεσθαι τὴν ἡμέραν τῷ
Ἀχαάβ. ἀπῆλθεν οὖν Ἀβδιοὺ καὶ ἀπήγγειλε περὶ τοῦ Ἠλία τῷ
βασιλεῖ. καὶ ἰδὼν τὸν προφήτην ἐκεῖνος, εἰ αὐτός ἐστιν, ἤρετο,
ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ. Ἠλίας δὲ "σὺ μᾶλλον" εἶπε "καὶ ὁ
οἶκος τοῦ πατρός σου διαστρέφετε τὸν λαόν, καταλιπόντες τὸν
κύριον καὶ ψευδεῖς τιμῶντες θεούς. ἀλλ' ἄθροισον εἰς τὸ Καρ-
μήλιον τὸν λαὸν καὶ τοὺς σοὺς προφήτας καὶ τοὺς τῆς γυναικός."
πάντων δὲ συνελθόντων εἶπεν Ἠλίας ὡς "ἐγὼ μόνος ὑπολέλειμμαι
τοῦ θεοῦ προφήτης, οἱ δὲ ψευδοπροφῆται σφόδρα πολλοί. δότε
οὖν μοι μόνῳ βοῦν, καὶ αὐτοῖς ἅπασιν ἕτερον, καὶ θύσαντες
D τοὺς βόας ἐπιθῶμεν ξύλοις τὰ θύματα, πῦρ δέ γε μὴ ἐπενέγκω-
μεν· καὶ ἕκαστος ἐπικαλείσθω τὸν οἰκεῖον θεόν, καὶ ὑφ' οὗ ἂν

4 Ἀβδιοὺ add A. 9 αὐτὸν ἔλεγεν ἵν' ἀνέλῃ A. 15 alterum ὁ AW, om P.

agenti viventem restituit. post haec Eliae mandat deus ut Achabo praedicat fore pluviam. invaluerat autem Samariae et in tota provincia fames. Achabus cum Abdia oeconomo suo, viro bono, exibat quaesitum equis suis pabulum, aliam ipse viam, aliam Abdias ingrediens, investigantes an in fontibus aut torrentibus alicubi gramen invenirent. Abdiae obviam fit Elias, seque regi indicari iubet. at ille eum accurate ab Achabo ad caedem quaeri respondet, monens ut se occultet; ac centum prophetas a se clam ali et conservari, caeteris omnibus a Iezabele interfectis. Elia vero iurante se illo die in Achabi conspectum venturum, praesentiam eius regi nuntiat. quo ille conspecto "num tu" inquit "is es qui depravat Israelem?" cui Elias "tu potius" inquit "et domus patris tui populum depravatis, relicto domino falsos deos venerantes. verum populum et tuos uxorisque tuae prophetas in montem Carmelum convocato." quibus omnibus congressis Elias ait "ego solus domini propheta superstes, pseudoprophetae autem plurimi sunt. sed date soli mihi bovem et illis omnibus alterum, quibus immolatis victimas lignis imponamus, igne non adhibito, ac suum quisque

αὐτόματον πῦρ ἐκλάμψῃ καὶ καταχαύσῃ τὰ ξύλα τε καὶ τὰ θύματα, ἐκεῖνος λογιζέσθω θεὸς ἀληθής." ἐπήνεσε τὸ πλῆθος τοὺς λόγους, καὶ ἐποίησαν οὕτως οἱ ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης, καὶ θύσαντες τὸν μόσχον καὶ ἐπιθέντες ξύλοις ἄνευ πυρός, ἐπεκαλοῦντο τὸν Βάαλ πρωΐθεν εἰς μεσημβρίαν. μυκτηρίζων δὲ αὐτοὺς ὁ προφήτης μέγα βοᾶν αὐτοῖς συνεβούλευε, μή ποτε καθεύδῃ αὐτοῖς ὁ θεὸς ἤ τις ἀσχολία αὐτῷ ἐστίν. ὡς δ' οὐδὲν ἐκείνοις δεομένοις πολλὰ ἐπεραίνετο, ὁ προφήτης δώδεκα λίθους λαβὼν καθ' ἑκάστην φυλήν, ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον, ὤρυξε δεξαμενήν, ἐστοί- P I 92
βασε τὰς σχίδακας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ αὐταῖς τὰ ἱερεῖα ἐπενεγκὼν ὕδωρ ἐπιχεθῆναι τῷ θυσιαστηρίῳ ἐκέλευσεν, ὥστε καὶ τὴν δεξαμενὴν πληρωθῆναι. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπεκαλέσατο τὸν θεόν, καὶ πῦρ οὐρανόθεν ἐπὶ τὸν βωμὸν κατενήνεκτο πάντων ὁρώντων, καὶ τὴν θυσίαν καὶ τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους κατέφαγε, τὸ ὕδωρ τε καὶ τὸν χοῦν. ὁ λαὸς δ' ἐκπλαγεὶς ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν, ἕνα θεὸν ἀληθῆ τε καὶ μέγαν ὁμολογοῦντες. καὶ συλλαβόντες τοὺς ψευδοπροφήτας ἀπέκτειναν τοῦ προφήτου κελεύσαντος. εἶπε δὲ τῷ βασιλεῖ ὡς ὕσει μετὰ μικρὸν ὁ θεός, καὶ γέγονε κατὰ τὴν πρόρρησιν αὐτοῦ ῥαγδαῖος ὄμβρος. ἀπειλησάσης δὲ τῆς Ἰεζά- B
βελ ἀνελεῖν τὸν Ἠλίαν, φοβηθεὶς ὁ προφήτης ἔφυγεν, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ γενόμενος ἀθυμῶν ἀποθανεῖν ἱκέτευε τὸν θεόν. κοιμηθεὶς δὲ διυπνίσθη παρά τινος ἀναστῆναι καὶ φαγεῖν αὐτῷ ἐπιτρέποντος. ὁρᾷ δὲ καὶ ὀλυρίτην ἄρτον ἐκεῖ καὶ ὕδωρ. καὶ φα-

10 τῷ βωμῷ A. 11 ἐπιχεθῆναι A, ἐπιχυθῆναι PW. 20 φοβηθεὶς ἐκεῖνος ἔφυγε A. 23 primum καὶ om A.

deum invocato. a quo autem ignis ultro effulserit et ligna cum victimis cremarit, is verus iudicetur deus." hac oratione a populo collaudata cum ignominiae sacerdotes ita fecissent, et vitulo mactato ac sine igni lignis imposito Baalem a diluculo usque ad meridiem invocassent, propheta per derisum eos hortatur ut magnum vociferarentur, si forsitan dormitaret illorum deus aut aliis negotiis esset occupatus. cum autem assidue flagitando nihil proficerent, propheta duodecim saxis pro tribuum numero sublatis altare struxit, scrobem effodit, ligna in altari digessit, victimas imposuit, aquam in altare effundi iussit ut scrobs etiam impleretur. his peractis, invocato numine, ignis videntibus omnibus de caelo in aram delatus et victimas et lapides una cum aqua et pulvere consumpsit. quo portento consternatus populus pronus in terram cecidit, unum esse deum verum et magnum confitentes: et iussu prophetae, manibus in impostores illos vates iniectis, omnes occiderunt. deinde regi dicit Elias deum paulo post missurum pluviam. itaque factum est ut praedixerat, et imber vehemens erupit. sed Iezabele mortem illi comminata, propheta territus fugit, et in deserto agens desperabundus mortem a deo expetit. sopitus a quodam excitatur iubente surgere et vesci: videt autem panem siligineum illic et aquam.

γὼν ἐκοιμήθη πάλιν, καὶ αὖθις ὁ ἄγγελος φαγεῖν αὐτῷ ἐγκελεύεται, ὡς πολλῆς αὐτῷ προκειμένης ὁδοῦ. καὶ πάλιν δὲ φαγὼν καὶ ἐνισχύσας ἐκ τῆς τροφῆς ἐκείνης, ἐπορεύθη ἡμέρας τεσσαράκοντα. καὶ γενόμενος ἐν τῷ ὄρει Χωρήβ, εἰσῆλθεν εἰς σπήλαιον, καὶ φωνῆς ἤκουσε "τί παραγέγονας ἐνταῦθα;" ὁ δὲ ἔφη "ὅτι ζη-
C λώσας ἔκτεινα τοὺς προφήτας τῆς Ἰεζάβελ, ἡ δὲ ζητεῖ με κτανεῖν." ὁ δὲ χρηματίζων εἶπεν αὖθις αὐτῷ "ἔξελθε αὔριον καὶ στῆθι ἐνώπιον κυρίου." καὶ ἐποίησεν οὕτως, καὶ αἰσθάνεται πνεύματός τε καὶ συσσεισμοῦ, καὶ ὁρᾷ καιόμενον πῦρ. εἶτα
W I 65 λεπτῆς αὔρας γενομένης, ἀκούει φωνῆς ἐκεῖθεν ἀναστρέψαι κελευούσης αὐτῷ· καὶ χρῖσαι βασιλέα τῆς Συρίας τὸν Ἀζαήλ, καὶ τὸν Ἰηοὺ βασιλέα τῷ Ἰσραήλ, καὶ τὸν Ἐλισσαιὲ εἰς προφήτην ἀνθ' ἑαυτοῦ, οἳ τοὺς ἀσεβεῖς ὀλοθρεύσουσιν. ὑποστρέψας δὲ Ἠλίας ὡς ἐκελεύσθη, εὗρε τὸν Ἐλισσαῖον ἀροτριοῦντα, καὶ ἐπέρ-
D ριψεν αὐτῷ τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ καταλιπὼν πάντα ἠκολούθησεν αὐτῷ προφητεύειν ἀξιωθείς.

14. Ἀμπελῶνα δὲ πλησίον τῶν ἀγρῶν τοῦ βασιλέως Ἀχαὰβ κεκτημένος ὁ Ναβουθαὶ ἠξιοῦτο πωλῆσαι αὐτὸν τῷ βασιλεῖ ἢ ἀνταλλάξαι· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο. καὶ ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο λελύπητο. μαθοῦσα δὲ Ἰεζάβελ τῆς λύπης τὸ αἴτιον, γραφὴν ἐποιήσατο ὡς ἐξ Ἀχαὰβ πρὸς τοὺς προέχοντας τῆς χώρας ἐν ᾗ κατῴκει ὁ Ναβουθαί, ἐγκελευομένην αὐτοῖς κατηγορῆσαι τοῦ ἀνδρὸς ὡς

10 γενομένης αὔρας A. ἀναστρέψαι A, ἀνατρέψαι PW. 12 et 14 ἐλισαιὲ et ἐλισαῖον A, item in sequentibus. 21 πρὸς A, εἰς PW.

FONTES. *Cap.* 14. *Iosephi Ant.* 8 13—15. *Regum* 3 21 *et* 22. *Paralip.* 2 17 *et* 18.

quum edisset rursus obdormiit. angelus denuo eum vesci iubet, quod ei magnum iter instet. rursus igitur cibo sumpto, et recuperatis ex eo viribus, diebus quadraginta ambulat; et in Chorebum montem profectus antrum ingreditur. ibi voce audita "cur huc venisti?" respondet "cum dei studio vates Iezabelis occiderim, illa me ad necem quaeritat." tum is cuitus vocem audierat denuo illi ait "cras egressus stato coram domino." cum ita fecisset, ventum sentit et concussionem, et ignem ardentem videt. deinde levi aura exorta, ex ea vocem audit quae reverti iubebat et Azahelem Syriae regem inungere, et Iehum regem Israelis, et Elisaeum suo loco prophetam, qui impios deleturi essent. regressus Elias quemadmodum iussus fuerat, Elisaeum arantem invenit: cui cum vellus suum iniecisset, ille relictis omnibus eum sequitur, ad vaticinandi munus evectus.

14. Interim Achabus vineam Nabothi suis agris conterminam vel emere vel permutato accipere cupiens, recusante possessore in animi aegritudinem incidit. cuius Iezabel edocta causam, sub nomine regis litteras ad proceres regionis in qua Nabothus habitat conscribit, qui-

βλασφημήσαντος κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως, καί τινας παρασκευάσαι καταμαρτυρῆσαι αὐτοῦ, καὶ καταλιθάσαι αὐτόν. ταύτην τὴν γραφὴν τῇ σφραγῖδι τοῦ βασιλέως ἐπισημηναμένη ἔστειλε πρὸς τοὺς ἄνδρας. κἀκείνων ποιησάντων ὡς ἐνετάλθησαν, P I 93
ὁ μὲν Ναβουθαὶ κατελεύσθη καὶ τέθνηκεν, ἡ δ' Ἰεζάβελ κληρονομῆσαι τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Ναβουθαὶ τῷ Ἀχαὰβ ἐνετέλλετο, θανόντος ἐκείνου. ὁ δὲ ἐλυπήθη διὰ τὸν φόνον, τὸν ἀμπελῶνα δὲ ᾠκειώσατο. καὶ Ἠλίας κελεύσαντος τοῦ θεοῦ ἀπῄει πρὸς Ἀχαὰβ λέγων "ὅτι ἐφόνευσας τὸν Ναβουθαὶ διὰ τὸ σχεῖν τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος. ἔνθα οἱ κύνες τὸ ἐκείνου ἔλειξαν αἷμα, ἐκεῖ καὶ τὸ σὸν αἷμα καὶ τὸ τῆς γυναικός σου λείξουσι, καὶ αἱ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου, καὶ ἅπαν τὸ γένος σου ἐξολοθρευθήσεται." Ἀχαὰβ δ' ἐπὶ τούτοις κατανυγεὶς ἔκλαυσε καὶ σάκκον περιεβάλλετο καὶ ἐνήστευσεν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις μεταμελόμενος. καὶ ὁ θεὸς διὰ τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ μὴ ἐπάξειν αὐτῷ τὰ ἠπειλημένα ἐδήλωσε τῷ προφήτῃ, B
ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ταῦτα τελέσειν.

Ὁ δὲ τοῦ Ἄδερ υἱὸς βασιλεὺς Συρίας ἐστράτευσεν ἐπὶ Σαμάρειαν μετὰ βαρείας δυνάμεως καὶ συμμάχων πολλῶν. καὶ πολιορκῶν αὐτὴν ἔπεμψε πρὸς Ἀχαὰβ λέγων ὅτι "ὁ πλοῦτός σου καὶ αἱ γυναῖκές σου καὶ τὰ τέκνα σου ἐμά ἐστι· λήψομαι γὰρ πολέμῳ αὐτά. ἂν δ' ὅσα βούλωμαι παραχωρήσῃς μοι λήψεσθαι, λύσω τὴν πολιορκίαν καὶ ἀπελεύσομαι." Ἀχαὰβ δὲ

3 τὴν AW, om P. 18 ἐπὶ τὴν A.

bus illum accusare iubebantur ut in deum et regem contumeliosis verbis usum, ac falsis testibus subornatis lapidare. eas litteras regio sigillo appresso ad illos mittit: qui iussa exsecuti Nabothum lapidibus obruerunt. quo facto Iezabel Nabothi vineam occupare Achabum iubet. qui etsi caedem illius aegre ferebat, tamen vineae haereditatem adiit. itaque Elias ad illum missus a deo "quia" inquit "Nabothum occidisti vineae illius obtinendae ergo, propterea ait dominus, quo in loco sanguinem illius linxerunt canes, eodem in loco tuum uxorisque tuae sanguinem lingent canes, et meretrices in sanguine tuo lavabunt, omnisque familia tua exstirpabitur." quibus verbis vehementer contristatus Achabus lamentatus est, indutoque sacco ieiunavit, facinora sua detestans. ea regis poenitentia motus deus prophetae significat, se poenas quas comminatus esset non ab illo expetiturum, sed temporibus filii eius illa facturum esse.

Post haec Aderis filius Syriae rex cum magnis copiis et multis auxiliaribus Samaria obsidione cincta legatos ad Achabum mittit qui ei dicerent "divitiae tuae et uxores tuae et liberi tui mea sunt: bello enim ea capiam: si vero mihi quaecunque voluero concesseris, soluta obsi-

Digitized by Google

"κἀγώ" ἔφη "καὶ οἱ ἐμοὶ πάντες σοί ἐσμεν." καὶ συναθροίσας
τοὺς πρεσβυτέρους τῆς γῆς, ὅσα πρὸς αὐτὸν διεπέμψατο ὁ πολέ-
μιος, ἀνεδίδαξε. τὸ δὲ πλῆθος μὴ πεισθῆναι αὐτῷ συνεβού-
C λευσεν. ὁ δὲ τοῖς πρέσβεσι τῶν πολεμίων εἶπε, μὴ δύνασθαι
ποιῆσαι τὸ ἀπαιτούμενον. τοῦτο ἀγγελθὲν τῷ βασιλεῖ τῆς Συ-
ρίας εἰς ὀργὴν ἐκεῖνον ἐκίνησε, καὶ χάρακα βαλεῖν περὶ τὴν πόλιν
καὶ χώματα ἐγειρεῖν ἐκέλευσε. προφήτου δέ τινος τῷ Ἀχαὰβ
φήσαντος, παραδιδόναι τὸν θεὸν τοὺς πολεμίους αὐτῷ μετὰ τῶν
παιδαρίων τῶν ἡγεμόνων ἐπιόντι αὐτοῖς, ἠρίθμησε τὰ παιδάρια,
καὶ εὗρε διακόσια τριάκοντα δύο. τῶν δὲ πολεμίων εὐωχουμένων
καὶ μεθυόντων κατὰ μεσημβρίαν ἐξῆλθεν ὁ Ἀχαὰβ παραλαβὼν
τὰ παιδάρια. ὁ βασιλεὺς δὲ Συρίας ἰδὼν αὐτούς, δεδεμένους
τοὺς προσιόντας παραστῆσαι αὐτῷ τισὶ τῶν οἰκείων προσέταξεν.
D οἱ δὲ παῖδες τοῖς ἐπιοῦσι προσμίξαντες πολλοὺς ἀνεῖλον. ἑπομένη
δὲ ὄπισθεν τῶν παίδων ἡ πᾶσα δύναμις Ἰσραήλ, ἐξαίφνης κατὰ
τῶν Σύρων ὁρμήσασα, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἔτρεψεν, ὡς καὶ τὸν
βασιλέα σφῶν μόλις φυγόντα σωθῆναι. καὶ ἀναστρέψας ἐκ τῆς
διώξεως Ἀχαὰβ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων διήρπασε, καὶ
W I 66 ἐπανῆλθε πρὸς τὴν Σαμάρειαν. ὁ δὲ προφήτης αὖθις τοῦ Σύρου
αὐτῷ προεῖπεν ἐπέλευσιν. ἤδη δὲ ἐπιστάντος τοῦ ἔαρος ἐπεστρά-
τευσεν αὖθις ὁ Σύρος κατὰ τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ἐν πεδίῳ ἐσκήνωσεν.
εἶπον γὰρ αὐτῷ οἱ περὶ αὐτόν, ἐν ὄρεσι τὸν θεὸν τῶν Ἑβραίων
τὴν δύναμιν ἔχειν, οὐ μέντοι καὶ ἐν κοιλάσι. τοῦ δὲ προφήτου

2 διεπέμψατο] ἀνεπέμψατο A. 6 περὶ] ἐπὶ A. 10 δια-
κοσίους A. 15 τοῦ ἰσραὴλ A.

dione discedam." Achabus ad haec "et ego" inquit "et mei omnes tui sumus:" ac convocatis imperii sui senioribus hostis legationem exponit. sed populo eum a deditione dehortato, legatis respondet se quae postularentur facere non posse. eo Syriae rex nuntiato iratus, vallo urbem circumdari et aggeribus cingi iubet. cum autem vates quidam Achabo dixisset, deum traditurum illi hostes cum pueris ducum eos invadenti, numerus eorum inventus est ducenti triginta duo; cum quibus circa meridiem convivantibus et inebriatis hostibus est egressus. eos cum Syriae rex vidisset, ministris suis imperat ut ad se vinctos adducerent. verum pueri illos aggressi multos occiderunt: quos pone secutae copiae Israeliticae, derepente facto impetu, Syros in fugam coniecerunt, adeo ut ipse rex eorum vix elaberetur. inde reversus Achabus direptis hostium castris Samariam redit. cui propheta Syrorum aggressionem denuo praedicit. itaque instante vere Syrus Israelitis denuo bellum infert, castris in planitie positis, cum e suis audisset Hebraeorum dei vires in montibus vigere, in vallibus non item. verum propheta denuo pro-

Digitized by Google

νίκην ἐπαγγελλομένου τῷ Ἀχαάβ, ἵνα (φησί) καὶ ἐν κοιλάσι P I 94 τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξηται ὁ θεός, τὰς μὲν ἄλλας ἡμέρας ἡσύχαζον τὰ στρατόπεδα, τῇ δ' ἑβδόμῃ μάχης συγκροτηθείσης φεύγουσιν οἱ Σύροι· καὶ Ἀχαὰβ ἐδίωκε καὶ ἀνῄρει αὐτούς. πολλοὶ δὲ περισωθέντες εἰς Ἄφεκκα τὴν πόλιν, ἐκεῖ διεφθάρησαν τοῦ τείχους ἐπιπεσόντος αὐτοῖς. ὁ δὲ τοῦ Ἄδερ υἱὸς μετά τινων ὀλίγων φυγὼν ἐκρύβη. οἱ δὲ περὶ ἐκεῖνον σάκκους ἐνδύντες καὶ σχοίνους ταῖς κεφαλαῖς περιδήσαντες προσῆλθον τῷ Ἀχαάβ, καὶ σώζειν τὸν ἑαυτῶν ἱκέτευον κύριον· ὁ δὲ κατένευσε. κἀκεῖνοι προσήγαγον τὸν ἀρχηγὸν ἑαυτῶν ἐφ' ἅρματι ὀχουμένῳ τῷ Ἀχαάβ. ὁ δὲ ἐπὶ τὸ ἅρμα λαμβάνει αὐτὸν καὶ ἀσπάζεται καὶ θαρρεῖν ἐγκελεύεται. εἶτα ἐπὶ συνθήκαις ἀφῆκεν αὐτὸν ἀπελθεῖν, πολλὰ B δωρησάμενος. ὁ προφήτης δὲ Μιχαίας τινὰ τῶν ὁμοφύλων ἠξίου πατάξαι αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ὑπὸ λέοντος αὐτὸν παταχθῆναι προέφη· καὶ γέγονεν εἰς ἔργον ἡ πρόρρησις. εἶθ' ἑτέρῳ τὴν αὐτὴν προσῆγεν ἀξίωσιν· πλήξαντος δ' ἐκείνου, καταδησάμενος τὴν κεφαλὴν προσῆλθε τῷ Ἀχαάβ, λέγων ἐπὶ φυλακῇ παραλαβεῖν παρὰ τοῦ ταξιάρχου αἰχμάλωτον, φυγόντος δ' ἐκείνου τὸν ταξίαρχον ζητεῖν αὐτὸν ἀνελεῖν. ὡς δὲ δίκαιον εἶναι τοῦτο εἶπεν ὁ Ἀχαάβ, λύσας ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν ἐπεγνώσθη ὡς ὁ προφήτης Μιχαίας ἦν. καὶ ἔφη τῷ Ἀχαάβ "ἐπεὶ τὸν βασιλέα Συρίας ἄνδρα ὀλέθριον ἀτιμώρητον ἀφῆκας, C αὐτὸς ἀντ' ἐκείνου ἀποθανῇ, καὶ ὁ σὸς λαὸς ἀντὶ τοῦ λαοῦ

3 συγκροτηθείσης] συρραγείσης A. 9 ἑαυτῶν A, αὐτῶν PW. 10 ἅρματος A. 19 ταξιάρχην A.

mittit victoriam Achabo, "ut" inquit "in vallibus etiam suam potentiam demonstret deus." caeteris diebus exercitus quievere; septimo autem, praelio commisso, terga dant Syri. quos Achabus persequens multos occidit, multi etiam Apheccam elapsi ruina murorum oppressi perierunt. Aderis porro filius cum paucis in fuga occultatur. eius satellites induti saccis et funibus capita vincti ad Achabum accessere, ut dominum suum conservaret supplicantes. annuit rex, adducunt illi ducem suum ad Achabum curru vehentem: qui eum curru recipit, salutat, bono animo esse iubet; deinde foedere icto cum multis muneribus dimittit. tum propheta Michaeas a quodam popularium caput suum verberari iubet. recusanti illi "at te leo" inquit "verberabit." itaque factum est ut praedixerat. cum idem alium iussisset, isque eum verberasset, obligato capite Achabum accessit: "a tribuno militum" inquit "captivus meae custodiae traditus effugit, ob quod ille me ad necem quaerit." id ubi iustum esse Achabus pronuntiat, soluto capite Michaeas agnitus Achabo ait "quoniam Syriae regem, hominem pestilentem, impune dimisisti, ipse illius loco morieris, et populus tuus pro illius populo." his au-

Digitized by Google

ἐκεῖνον." ἐλυπήθη τούτων ἀκούσας ὁ Ἀχαάβ. ἐπὶ δὲ τριετίαν εἰρήνην ἀγαγών, εἶτα βουληθεὶς τὴν πόλιν Ῥεμμὰθ ὡς αὐτῷ διαφέρουσαν ἀφελέσθαι τῶν Σύρων, ἠξίου καὶ τὸν βασιλέα τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸν Ἰωσαφὰτ συνεκστρατεῦσαι αὐτῷ. κἀκεῖνος κατένευσε, καὶ συνεβούλευεν ἐρωτῆσαι τὸν θεὸν διὰ τοῦ προφήτου, εἰ εὐδοκεῖ. Ἀχαὰβ δὲ τοὺς ἑαυτοῦ προφήτας συγκαλεσάμενος, εἰ πορεύσεται πρὸς πόλεμον ἤρετο. τῶν δὲ νίκην ἐπαγγελλομένων
D ὁ βασιλεὺς Ἰωσαφὰτ προφήτην ἐζήτησε τοῦ κυρίου. Ἀχαὰβ δὲ εἶναι μὲν ἔφη, προσωχθικέναι δ' ἐκείνῳ, κακὰ προαγορεύοντι. καὶ ὁ Ἰωσαφὰτ κληθῆναι αὐτὸν ἠξίου. κληθέντα δὲ τὸν Μιχαίαν ἠρώτα ὁ Ἀχαὰβ εἰ μαχήσεται ἢ μή. ὁ δὲ "ἑώρακα τὸν Ἰσραήλ" ἔφη "διεσπαρμένον ἐν τοῖς ὄρεσιν ὡς ποίμνιον ἀποίμαντον. ὁ δὲ κύριος εἶπέ μοι, τοὺς μὲν σωθήσεσθαι καὶ ἀναστρέψαι, σὲ δὲ μόνον πεσεῖσθαι ἐν Ῥεμμάθ." ταῦτα τοῦ Μιχαίου εἰπόντος ὁ Ἀχαὰβ πρὸς Ἰωσαφὰτ ἔφη "οὐκ εἶπόν σοι ὡς κακά μοι ἀεὶ προφητεύει;" Σεδεκίας δέ τις τῶν ψευδοπροφητῶν ἐρράπισε τὴν σιαγόνα Μιχαίου. ὁ δὲ ἔφη αὐτῷ "μετ' ὀλίγον ταμεῖον ἐκ
P I 95 ταμείου ἀμείψεις κρυπτόμενος." ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀχαὰβ καθειρχθῆναι αὐτὸν καὶ φυλάττεσθαι μέχρις ἂν αὐτὸς ὑποστρέψῃ προσέταξε. καὶ ὁ Μιχαίας "ἐὰν ὑποστρέψῃς ἐν εἰρήνῃ σύ" εἶπεν, "οὐκ ἐλάλησεν ἐν ἐμοὶ κύριος." ἤδη δὲ πορευθέντων τῶν βασιλέων, καὶ ὁ τῶν Σύρων βασιλεὺς αὐτοῖς ἀντιπαρετάξατο, ἐντειλάμενος τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ μηδενὶ πολεμεῖν τῶν ἄλλων,

2 Ῥεμμὰθ] "ita codex Colberteus et LXX: Iosephus Ἀράμαθαν habet" Ducangius. ῥεεμμὰν et mox ῥεεμὰν W. 5 τοῦ om A. 21 κύριος ἐν ἐμοί A. 22 παρετάξατο A.

ditis rex turbatus est. actaque pace per triennium, urbem Remmath ut ad se pertinentem Syris erepturus, a Iosaphato Hierosolymitano rege petit ut una militet. annuit ille, deumque per prophetam consuli iubet an expeditionem illam probet. Achabus prophetas suos convocat, an bellum sit ineundum rogat. illis victoriam pollicentibus Iosaphatus etiam prophetam domini quaerit. Achabus esse quendam respondet, sed sibi invisum esse, mala praedicere solitum. Iosaphatus eum vocari iubet. arcessitum Achabus rogat pugnandum sit an non. respondet ille "vidi Israelitas in montibus dispersos ut gregem sine pastore. sed dominus mihi dixit, illos quidem incolumes redituros, te vero solum Remmathae casurum." haec Michaea locuto, Achabus Iosaphato "nonne dixi" inquit "eum mihi male ominaturum esse?" Sedecias autem quidam ex pseudoprophetis alapam dedit Michaeae. cui ille inquit "tu paulo post ex alio conclavi in aliud transibis, latebras quaeritans." caeterum Achabus Michaeam in carcere custodiri iubet ad reditum suum. tum ille "si tu" inquit "incolumis redieris, non locutus est per me dominus." regibus iam profectis etiam Syrorum rex aciem instruit, et suis mandat ne

εἰ μὴ μόνῳ τῷ Ἀχαάβ. ὁ δὲ τὴν βασιλικὴν ἀμείψας στολήν, ἰδιωτικὴν ἐνεδύσατο. ἰδόντες δὲ οἱ τῶν Σύρων στρατάρχαι τὸν Ἰωσαφὰτ κεκοσμημένον βασιλικῶς, ᾠήθησαν εἶναι τὸν Ἀχαὰβ καὶ ἐκύκλωσαν αὐτόν. ὡς δ' ἔγνωσαν μὴ ὄντα τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ, ἀνεχώρησαν. εἷς δέ τις τὸ τόξον ἐντείνας βάλλει τὸν Ἀχαάβ. γνοὺς δὲ καιρίως πληγῆναι, τῷ ἡνιόχῳ ἐκέλευσε τὸ ἅρμα τῆς μάχης ἐξαγαγεῖν· καὶ περὶ δύσιν ἡλίου ἐξέλιπε. καὶ B
οἱ μὲν Σύροι γνόντες τεθνηκότα τὸν Ἀχαὰβ ἀπῆλθον πρὸς W I 67
ἑαυτούς, ὁ δὲ τοῦ βασιλέως νεκρὸς κομισθεὶς εἰς Σαμάρειαν θάπτεται. τὸ δὲ ἅρμα καθημαγμένον τῷ φόνῳ τοῦ βασιλέως ἀπέκρυψαν ἐν τῇ κρήνῃ τῆς Σαμαρείας, καὶ οἵ τε κύνες τὸ αἷμα ἔλειξαν, αἵ τε πόρναι ἐπὶ τῇ κρήνῃ ἐλούοντο, ὡς Ἠλίας προείρηκεν. ἀπέθανε δὲ Ἀχαὰβ ὅπου ὁ Μιχαίας προηγόρευσε, τὸν ὄλεθρον μὴ φυγὼν καίτοι προρρηθέντα αὐτῷ, βασιλεύσας ἔτη δύο καὶ εἴκοσι. τὴν δὲ βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ Ὀχοζίας μετ' ἐκεῖνον παρέλαβεν.

15. Ἰωσαφὰτ δὲ τῷ βασιλεῖ Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ τῆς πρὸς Ἀχαὰβ συμμαχίας ἐπανελθόντι Ἰηοὺ ὁ προφήτης ἐπενεκάλει ὅτι ἀνθρώπῳ συνεμάχησεν ἀσεβεῖ· ῥυσθῆναι δ' αὐτὸν ἔλεγε παρὰ C
τοῦ θεοῦ, καίτοι τῷ ἔργῳ αὐτοῦ προσοχθίσαντος. ὁ δὲ βασιλεὺς ηὐχαρίστει. εἶτα τὴν ὑπ' αὐτὸν περιερχόμενος χώραν, τοὺς

1 εἰ μὴ] ἀλλ' ἢ A. ὁ δὲ add A. 2 ἐνεδύσατο ἰδιωτικήν A. 11 ἀπέῤῥυψαν vel ἀπέῤῥιψαν A: malim ἀπένιψαν cum LXX: Iosephus ἀποπλύναντες. 12 ἐπὶ] παρὰ A. 15 ὀχοζίας AW, Ὀχοσίας P. 17 δὲ add A. 20 προσωχθίσαντος PW.

Fontes. *Cap.* 15. *Iosephi Ant.* 9 1—4. *Regum* 4 1—3. *Paralip.* 2 20 *et* 21.

quem petant nisi solum Achabum. is vero habitu regio deposito privatum sumpserat. itaque Syrorum duces Iosaphatum regaliter cultum, Achabum esse putaverunt, eumque circumdederunt; sed cum non esse regem Israelitarum vidissent, reliquerunt. Achabus autem sagitta ictus, cum letale esse vulnus sensisset, auriga currum e pugna educere iusso circa solis occasum moritur. eius obitu Syri cognito domum redierunt, regis autem cadaver Samariam relatum sepelitur. sed currum de caede eius cruentum in fonte Samariae occultabant (abluebant). sic et canes sanguinem eius linxerunt, et scorta fonte illo lavabantur, ut Elias vaticinatus fuerat. mortuus est Achabus ubi Michaeas praedixerat, interitu, quamvis ante audisset, non evitato, cum regnasset annos duos et viginti. regnum suscepit filius eius Ochozias.

15. Iosaphatum regem Hierosolymitanum ab expeditione domum redeuntem Iehus propheta increpat quod homini impio opem tulisset; eumque a deo, quamvis ea re offenso, esse conservatum. rex gratias agit; lustrataque omni dicione sua leges observari et iudicibus passim

Digitized by Google

νόμους τηρεῖν ἐνετέλλετο, καὶ κριτὰς πανταχοῦ καταστήσας δικαίως κρίνειν προσέταττε. Μωαβιτῶν δὲ καὶ Ἀμμανιτῶν προσλαβομένων καὶ Ἄραβας ἐπελθόντων αὐτῷ, ἐπεκαλεῖτο τὸν θεὸν εἰς βοήθειαν. προφήτης δέ τις ὑπερμαχῆσαι αὐτοῦ τὸν θεὸν εἶπε, καὶ κελεύει ἐξαγαγεῖν μὲν τὴν στρατιάν, μὴ συμμῖξαι μέντοι
D τοῖς πολεμίοις, ἑστῶτας δ' ὁρᾶν τὴν θεόθεν ἐπικουρίαν. ἕωθεν δ' ἐξελθὼν μετὰ τῆς στρατιᾶς ὁ βασιλεὺς τῇ μὲν ἵστασθαι ἐνετέλλετο, τοὺς ἱερεῖς δὲ προεστάναι τοῦ στρατεύματος μετὰ τῶν σαλπίγγων, καὶ τοὺς Λευίτας καὶ τοὺς ὑμνῳδοὺς ᾄδειν εὐχαριστήριον τῷ θεῷ. οἱ δὲ πολέμιοι κατ' ἀλλήλων κινηθέντες ἀλλήλους ἀπέκτεινον ὡς μηδένα σωθῆναι. Ἰωσαφὰτ δὲ εἰς διαρπαγὴν ἀφῆκε τῇ στρατιᾷ τὴν τῶν ἐναντίων παρεμβολήν. ἐντεῦθεν ὡς τὸ θεῖον ἔχοντα σύμμαχον δείσαντες αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἠρέμουν.

Ὀχοζίας δὲ ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς τοῖς ἑαυτοῦ γονεῦσιν εἰς πονηρίαν ὡμοίωτο. περὶ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐπέσχον οἱ Μωαβῖται τοὺς φόρους οὓς εἰσέφερον τῷ
P I 96 πατρὶ αὐτοῦ. νοσήσας δὲ πρὸς τὴν Ἀκκαρῶν θεόν, Μυῖαν ὠνομασμένην, ἔπεμψεν ἐρωτῶν εἰ ἀναρρωσθήσεται. Ἠλίας δὲ τοῖς ἐσταλμένοις ὑπαντήσας ἀναστρέφειν ἐκέλευε καὶ λέγειν τῷ πέμψαντι πρὸς τὸν τῶν ἀλλοφύλων θεὸν ὡς τῷ Ἰσραὴλ μὴ ὄντος θεοῦ, ὅτι ἐκ τῆς κλίνης οὐκ ἀναστήσεται. καὶ οἱ ἄνδρες ἐπανελθόντες εἶπον ἃ ἤκουσαν. Ὀχοζίας δὲ τίς ὁ ταῦτα εἰρηκὼς εἴη

5 κελεύειν A. 11 ἀπέκτενον A. 15 ἑαυτοῦ A, αὐτοῦ PW. 18 μυῖαν AW, Μυῖας P. 23 εἴη om A.

constitutis rite fieri iudicia edixit. cum autem Moabitis et Ammanitis, qui etiam Arabes adsciverant, Iudaeam aggressis divinam opem imploraret, propheta quidam deum pro eo pugnaturum ait, et educere quidem exercitum iubet, non tamen invadere hostes, sed stantes divinum auxilium exspectare. rex mane egressus exercitum stare iubet, sacerdotes cum tubis ante exercitum consistere, Levitas et cantores gratiarum actionem cantare deo. tum hostes concitati mutuis sese caedibus confecerunt, ut ne unus quidem superesset. Iosaphatus castra hostium exercitui diripienda concedit. ab eo tempore barbari eum ut deo adiutore nixum veriti quieverunt.

Ochozias autem Israelitarum rex improbitatis parentum imitator fuit. eius regni anno secundo Moabitae vectigalia retinuerunt quae patri pendere soliti fuerant. ipse aegrotans ad Accaronensem deam, Muscam nomine, percontatum misit an convaliturus esset. legatis in itinere occurrit Elias, ac domum reverti iubet eique a quo missi essent dicere, quia miserit ad barbarorum deum, quasi Israeli deus non esset, eum e lecto suo non surrecturum. illi regressi audita referunt. Ochozia

Digitized by Google

ἠρώτα. τῶν δὲ μὴ εἰδέναι φησάντων, τὸ εἶδος τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου λέγειν ἀπῄτει αὐτούς. εἰπόντων δὲ δασὺν εἶναι καὶ ζώνην δερματίνην περιεζῶσθαι, συνῆκεν ὡς Ἠλίας ἦν. καὶ πέμψας πεντηκόνταρχον σὺν τοῖς ὑπ' αὐτόν, ἀχθῆναι τὸν προφήτην ἐκέ- B λευσε. καὶ ὁ σταλεὶς ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους εὑρὼν αὐτὸν ἥκειν ἐκέλευε πρὸς τὸν βασιλέα. εὐξαμένου δὲ Ἠλιοῦ, πῦρ οὐρανόθεν ῥυὲν διέφθειρε τὸν πεντηκόνταρχον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. καὶ ὁ βασιλεὺς ἕτερον ἔστειλε πεντηκόνταρχον μετὰ τῶν πεντήκοντα· κἀκείνους ὁμοίως πῦρ οὐράνιον ἐδαπάνησε. καὶ αὖθις τρίτος ἐπέμφθη ταξίαρχος σὺν τοῖς ὑπ' αὐτόν. ὃς ἐπὶ τὸν προφήτην ἐλθών, πεσὼν προσεκύνησε καὶ παρῃτεῖτο τὴν ἐξ αὐτοῦ τιμωρίαν, λέγων ἄκων ἥκειν βασιλικῷ πεπεισμένος κελεύσματι, καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. Ἠλιοῦ δέ, ἀγγέλου αὐτῷ πορευθῆναι εἰπόντος καὶ μὴ πτοεῖσθαι, κατῆλθεν ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ ἀπελθὼν τῷ βασιλεῖ ἔφη "ἐπεὶ πρὸς ἀλλό- C τριον θεὸν ἔστειλας ζητῶν εἰ ζήσεις, ἴσθι ὡς οὐκ ἀναστήσῃ ἐκ τῆς νόσου ἀλλὰ τεθνήξῃ." ἀπέθανεν οὖν Ὀχοζίας κατὰ τὴν τοῦ προφήτου πρόρρησιν, τῷ ἀδελφῷ Ἰωρὰμ τὴν βασιλείαν καταλιπών. ὃς τὰς μὲν στήλας τοῦ Βάαλ, ἃς ἔστησεν Ἀχαὰβ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, συνέτριψε, τἄλλα δὲ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς ἦν καὶ τοῖς γονεῦσι προσεοικώς.

Ἠλιοῦ δὲ ἀναλαμβάνεσθαι μέλλων ἐπορεύθη μετὰ Ἐλισσαιέ. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην, τῇ μηλωτῇ αὐτοῦ τὸ ὕδωρ ἐπάταξε, καὶ διῃρέθη τὸ ὕδωρ, καὶ διῆλθον ἄμφω ἐπὶ ξηρᾶς. εἶτα

14 πτοεῖσθαι AW, προεῖσθαι P. 21 προσεοικώς A, προσεοικὸς PW.

rogante quisnam id dixisset, atque illis ignorare se dicentibus, de forma illius hominis percontatur: quem cum illi hirsutum esse dicerent et pellioeo cingulo cinctum, Eliam esse intelligit, ac centurione cum quinquaginta milibus misso eum adduci iubet. qui cum eum in vertice montis invenisset, ad regem ire iubet. verum ad Eliae preces ignis de caelo delapsus illum cum suis omnibus consumpsit. alii porro totidem a rege missi pari exitio perierunt. tertius ablegatus centurio cum suis militibus cum ad prophetam venisset, procubuit eumque adoravit, poenam deprecatus, quod invitus veniret iussu regis coactus, et oravit ut ipse ad eum veniret. Elias ab angelo amoto metu ire iussus de monte descendit, et regi ait "quoniam ad alienum deum misisti quaerens num evasurus esses, scito te de morbo non surrecturum sed brevi moriturum." obiit igitur Ochosias secundum Eliae praedictionem, Ioramo fratri regno relicto. qui statuas Baalis a patre Achabo erectas comminuit, ille quidem caetera impius et improbus atque parentum similis.

Elias in caelum assumendus, cum Elisaeo profectus ad Iordanem, vellere aquam percutit: ea percussa dirimitur, ut ambo per siccum

Digitized by Google

D W I 68 "αἴτησαι" εἶπε τῷ Ἐλισσαιέ "τί ποιήσω σοι." ὁ δὲ διπλῆν τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος χάριν γενέσθαι ᾔτησεν ἐπ' αὐτόν. Ἠλίας δὲ φορτικὸν εἶναι εἶπε τὸ αἴτημα, "πλὴν εἰ ὄψει με ἀναλαμβανόμενον, γεννήσεταί σοι." ἔτι δὲ λαλούντων αὐτῶν ἅρμα ἔμπυρον σὺν ἵπποις ὁμοίοις ἐπέστη καὶ ἥρπασε τὸν Ἠλίαν. ἀναφερόμενος δὲ τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ ἐπέρριψε τῷ Ἐλισσαιέ. καὶ ὃς λαβὼν αὐτήν, μηκέτι τὸν Ἠλίαν ὁρῶν ὑπέστρεψε. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην ἀπόπειραν ἐποιεῖτο εἰ ἔλαβε τὴν χάριν ὡς ᾔτησε, καὶ ἐπάταξε τὸ ὕδωρ τῇ μηλωτῇ· τὸ δὲ οὐ διῄρητο. καὶ εἶπε "ποῦ P I 97 ὁ θεὸς Ἠλίου;" καὶ ἐπάταξε πάλιν· καὶ διέστη τὸ ὕδωρ, καὶ διῆλθεν. ἰδόντες δὲ αὐτὸν υἱοὶ τῶν προφητῶν πεντήκοντα, εἶπον "ἐπαναπέπαυται τὸ πνεῦμα Ἠλιοὺ ἐπὶ Ἐλισσαιέ," καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. καὶ ἐζήτουν πορευθῆναι, ἐρευνήσοντες μή ποτε ἦρε τὸν Ἠλίαν πνεῦμα κυρίου καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων ἢ τῶν βουνῶν· Ἐλισσαιὲ δὲ οὐκ ἐπέτρεπεν· ἐγκειμένων δ' ἐκείνων κατένευσε. καὶ ἐπορεύθησαν πεντήκοντα ἄνδρες καὶ ἐζήτησαν τρεῖς ἡμέρας καὶ οὐχ εὗρον. Ἐλισσαιὲ δὲ ἐν Ἱεριχῷ ἦν. καὶ ἦλθον οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως πρὸς αὐτὸν δεόμενοι μεταβλη- B θῆναι παρ' αὐτοῦ τὰ ὕδατα τοῦ τόπου ἐκείνου πονηρὰ ὄντα καὶ ἀτεκνοῦντα. ὁ δὲ ἐν ἀγγείῳ καινῷ ἅλας αὐτῷ κομισθῆναι ἐζήτησε, καὶ κομισθέντος εἰς τὴν πηγὴν τῶν ὑδάτων καθῆκεν ἅλας ἐπικαλούμενος τὸν θεόν, καὶ τὰ ὕδατα ἐκ πικρίας εἰς γλυκύτητα

2 γενέσθαι om A. 3 εἶπεν εἶναι A. με AW, om P. 4 γενήσεται AW, γεννήσεται P. 6 αὐτοῦ] τὴν αὐτοῦ A. 13 ἐρευνήσοντες] εὑρήσοντες A. 14 ὑφ' A. 19 παρ' αὐτοῦ om A.

transirent. deinde Elisaeum petere iubet quid sibi fieri vellet. tum ille "ut gratia spiritus, qui in te est, in me conduplicetur." Elias etsi votum id grave esse diceret, tamen "si me in caelum assumi videris, compos" inquit "eius fies." dum haec loquuntur, currus igneus cum similibus equis Eliam abripit. dum sursum fertur, vellus suum Elisaeo iniicit: quo ille accepto Eliam videre desiit. ad Iordanem reversus periculum facit petitae ab Elia gratiae, aqua vellere verberata: quae cum non divideretur, "ubi est" inquit "Eliae deus?" sed cum denuo percussisset, divisa aqua transiit. eo viso quinquaginta filii prophetarum dixerunt "Eliae spiritus in Elisaeo consedit," eumque secuti sunt. studebant autem exire, quaesituri num spiritus domini Eliam sublatum in montem aliquem deiecisset: quod Elisaeus principio negat, sed instantibus concedit. quare viri quinquaginta toto triduo quaesitum non repererunt. Elisaeum Hierichunte habitantem cives convenerunt, rogantes ut eius loci aquas malas et sterilitatem inducentes mutaret. ille salem in novo sibi vase afferri iubet, allatum invocato dei nomine in

Digitized by Google

μετεβλήθησαν καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐναπέμεινε βλαβερόν. ἀπιόντος δέ που τοῦ προφήτου Ἐλισσαιέ, παιδάρια μικρὰ κατέπαιζον αὐτοῦ βοῶντα "ἀνάβαινε φαλακρέ." ἀλγήσας δ' ἐπὶ τούτῳ κατηύξατο αὐτῶν. καὶ ἐξῆλθον ἄρκτοι ἀπὸ τοῦ ὄρους καὶ ἀπέκτειναν ἐκ τῶν παίδων δύο καὶ τεσσαράκοντα.

Ἰωρὰμ δὲ ὁ υἱὸς Ἀχαὰβ μέλλων κατὰ Μωαβιτῶν ἐκστρατεύειν, Ἰωσαφὰτ τὸν βασιλέα τῆς Ἰουδαίας ἠξίου συμμαχῆσαι αὐτῷ. ὁ δὲ καὶ τὸν Ἰδουμαίων βασιλέα ὑπείκοντα αὐτῷ προσ- C λαβέσθαι σύμμαχον ἐπηγγείλατο. ἑνωθέντες δ' οἱ τρεῖς βασιλεῖς διὰ τῆς ἐρήμου ἀπῄεσαν ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. καὶ τὸ ὕδωρ ἐπέλειψε τοῖς στρατεύμασιν. ἦλθον οὖν πρὸς Ἐλισσαιὲ οἱ τρεῖς βασιλεῖς καὶ ἐδέοντο σῴζειν αὐτοὺς καὶ τὴν στρατιάν. ὁ δὲ τῷ Ἰωρὰμ ἔφη "πρὸς τοὺς τοῦ πατρός σου καὶ τῆς μητρός σου ἄπιθι προφήτας," καὶ ὤμοσε μὴ ἂν ἀποκριθῆναι αὐτῷ εἰ μὴ διὰ Ἰωσαφάτ. εἶτα ψάλλοντά τινα κληθῆναι ἐκέλευσε. ψάλλοντος δ' ἐκείνου πνεῦμα κυρίου ἐνέπνευσε τῷ προφήτῃ, καὶ ἐπέταξε πολλοὺς βόθρους ὀρύξαι παρὰ τὸν χείμαρρον· "ὄψεσθε γάρ" ἔφη "πλήρη τὸν χείμαρρον, οὔτε πνεύματος πνεύσαντος οὔθ' ὑετοῦ γεγονότος, καὶ πίεσθε εἰς κόρον, καὶ τῶν ἐχθρῶν D κυριεύσετε." καὶ ὁ μὲν οὕτως προειρήκει· ἕωθεν δὲ τῇ ἐπαύριον ὁ χείμαρρος ὑδάτων ἐμπέπληστο, καὶ πλημμύρας γενομένης ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἐκείνης τὸ ὕδωρ ἐκάλυψεν. ἀνατεί-

5 παιδίων A. 10 ἐφ'] ἐπὶ A. 13 τοῦ add A. alterum σου om A. 14 ὤμοσε A, ὤμοσεν αὐτῷ PW. 16 κυρίου om A. 17 βόθρους πολλοὺς A. 21 ἐπέπληστο A.

fontem coniicit: quo facto aquarum amaror in dulcedinem est conversus, amissa omni vi noxia. propheta quopiam iturus parvos pueros per ludibrium "adscende, calve" clamantes indignatus exsecratur. itaque ursi e montibus progressi pueros duos et quadraginta occiderunt.

Ioramus Achabi filius Moabitis bellum illaturus auxilium petit a Iosaphato Iudaeae rege. ille etiam Idumaeorum regem, qui sibi pareret, se adsciturum socium promittit. ita tres reges inita concordia septem diebus per desertum abierunt. exercitibus autem aqua destitutis Elisaeum adeuntes orant ut et se et milites conservaret. at ille Ioramo "ad patris tui et matris prophetas" inquit "abito", et iurat, si absque Iosaphato esset, se ne verbum quidem ei responsurum fuisse. deinde quendam vocari iubet qui psalleret. eo psallente, spiritu domini afflatus Elisaeus iubet multas effodi scrobes iuxta torrentem: visuros enim torrentem plenum, neque vento spirante neque imbre depluente; ac poturos ad satietatem, et hostium potituros. his praedictis postero die mane torrentis alveus impletus est adeo ut redundaret et omnis illius terrae

Digitized by Google

λαντος δὲ τοῦ ἡλίου πυρώδους καὶ προσβαλόντος τοῖς ὕδασιν, ἐρυθρὰ ταῦτα πρὸς τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου ἐφαίνοντο. οἱ οὖν Μωαβῖται ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐστρατοπεδευκότες καὶ ὑψόθεν κατασκοποῦντες, αἷμα τὸ ὕδωρ ὑπολαβόντες, καὶ νομίσαντες τοὺς βασιλεῖς πρὸς ἀλλήλους μαχέσασθαι καὶ ἀποκτεῖναι ἀλλήλους τοὺς στρατιώτας αὐτῶν, ὥρμησαν ἀσυντάκτως εἰς τὴν τῶν σκύλων διαρπαγήν. καὶ τῶν ἐχθρῶν περιστάντων αὐτούς, οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ ἔφυγον. οἱ δὲ Ἰσραηλῖται διώκοντες εἰς τὴν
P I 98 Μωαβῖτιν ἐνέβαλον καὶ τάς τε πόλεις καθεῖλον καὶ τὴν χώραν ἠρήμωσαν. ὁ βασιλεὺς δὲ Μωὰβ εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθών, τὸν πρωτότοκον υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναγαγὼν ἐξ ἀπογνώσεως ἔθυσε καὶ ὡλοκαύτωσε τῷ θεῷ. τοῦτο οἱ βασιλεῖς ἰδόντες καὶ τῆς ἀπογνώσεως ἐκεῖνον οἰκτείραντες ἔλυσαν τὴν πολιορκίαν.
W I 69 Ἰωσαφὰτ δὲ ἐπανελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα τελευτᾷ, ζήσας μὲν ἔτη ἑξήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐκ τούτων πέντε καὶ εἴκοσι, ἀνὴρ γενόμενος θεοσεβής τε καὶ δίκαιος. πολλοὺς δὲ παῖδας λιπών, διάδοχον τῆς βασιλείας τὸν πρεσβύτατον ἐποιήσατο Ἰωρὰμ κεκλημένον, ὁμωνύμως τῷ Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖ μητραδέλφῳ ὄντι αὐτοῦ.

B 16. Ἐν Σαμαρείᾳ δὲ τῷ Ἐλισσαίῳ διάγοντι πρόσεισι γυνή τις χήρα, ἀποκλαιομένη ὅτι χρεωστοῦσα καὶ μὴ ἔχουσα τὸ χρέος ἀποδοῦναι, τοὺς υἱοὺς ἀφαιρεῖται παρὰ τοῦ δανειστοῦ, εἰς δούλους αὐτῷ ἐσομένους. ὁ δὲ προφήτης, τί ἐν τῷ οἴκῳ

1 προσβάλλοντος A.

Fontes. *Cap.* 16. *Iosephi Ant.* 9 4. *Regum* 4 4—6.

superficies stagnaret. sole orto igniti eius radii in aquas incidentes effecere ut rubicundae apparerent. Moabitae igitur in montibus castra metati, et ex alto despicientes, sanguinem esse putavere, suspicati, orto inter reges dissidio milites sese invicem trucidasse. et dum incomposito agmine ad spoliorum direptionem properant, ab hostibus circumventi alii caeduntur alii in fugam vertuntur. quos Israelitae persecuti in Moabitidem impressione facta et urbes everterunt et regionem devastarunt. rex autem Moabitarum in urbem reversus filium suum primogenitum in murum adductum ex desperatione immolatum adolet deo. quo reges conspecto, miserti illius eo loci redacti, obsidionem solverunt. Iosaphatus autem Hierosolyma reversus obit anno aetatis sexagesimo, regni vigesimo quinto, vir pius et iustus: multisque liberis relictis natu maximum Ioramum successorem designavit, Israelitico regi cognominem avunculo suo.

16. Elisaeum Samariae degentem mulier quaedam vidua convenit, miserabiliter conquerens, quod solvendo non sit, liberos suos a feneratore in servitutem abripi. eam propheta rogat quid habeat in aedibus.

Digitized by Google

ἔχει, ἠρώτα αὐτήν· ἡ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔφη ἢ βραχύτατον ἔλαιον. καὶ ἐνετείλατο αὐτῇ χρήσασθαι ἀγγεῖα πολλά, καὶ ἐπιχεῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ἐν ἅπασι. πεποίηκε τὰ κελευσθέντα τὸ γύναιον, καὶ πάντα ἐλαίου ἐπλήσθησαν· καὶ ἀνήγγειλε τῷ προφήτῃ τὸ γεγονός. κἀκεῖνος ἀποδόσθαι τὸ ἔλαιον συνεβούλευσε καὶ ἀποτῖσαι τὸ χρέος καὶ τῷ περισσῷ εἰς διοίκησιν χρήσασθαι. ξενισθεὶς δὲ παρὰ τῆς Σουναμίτιδος καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἀναπαυόμενος μὴ ἐχούσης παῖδα, προεῖπεν αὐτῇ συλλήψεσθαι καὶ τεκεῖν υἱόν. καὶ κατὰ τὴν τοῦ προφήτου πρόρρησιν ἔτεκεν. ἁδρυνθὲν δὲ τὸ παιδίον C
τέθνηκεν. ἡ δὲ γυνὴ πρὸς τὸν Ἐλισσαῖον εἰς τὸ Καρμήλιον ἀπελήλυθεν, καὶ πεσοῦσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ τὴν συμφορὰν ἀπεκλαίετο. ὁ δὲ τῷ φοιτητῇ αὐτοῦ Γιεζὶ ἐνετείλατο ἀπελθεῖν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ βακτηρίαν ἵνα ἐπίθηται αὐτὴν τῷ τεθνεῶτι παιδί. καὶ ἡ γυνὴ ὤμοσε μὴ ὑποστρέψαι εἰ μὴ αὐτὸς αὐτῇ συμπορεύσεται. ἐπείσθη οὖν ὁ προφήτης, καὶ ἀπελθὼν εὗρε τὸ παιδάριον ἀνακεκλιμένον ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ· καὶ προσευξάμενος ἀνέβη ἐπὶ τὴν κλίνην καὶ συνανεκλίθη τῷ παιδαρίῳ καὶ ἐνεφύσησεν εἰς αὐτό. καὶ ἑπτάκις οὕτω τοῦ προφήτου ποιήσαντος ἀνεζωώθη ὁ τεθνηκώς, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ ζῶντα.
Ἐνεμεσὰρ δὲ θανόντος, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σεναχηρεὶμ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου τῶν Ἀσσυρίων, καὶ κατὰ τῆς Ἰουδαίας στρατεύσαντος καὶ αἰσχρῶς φυγόντος ἐκεῖθεν ἐπανελθόντος τε εἰς τὰ οἰκεῖα, καὶ θυμῷ διὰ τὴν ἧτταν ἀποκτιννύντος πλείστους τῶν C Ἰσραηλιτῶν, ἔθαπτεν αὐτοὺς νυκτὸς ὁ Τωβίτ. γνωσθεὶς δὲ τοῦτο ποιῶν καὶ ζητούμενος ἔφυγε, καὶ τὰ τῆς οἰκίας αὐτοῦ διήρπαστο ξύμπαντα. οὔπω δὲ πεντήκοντα παρελθουσῶν ἡμερῶν ὁ μὲν Σεναχηρεὶμ ὑπὸ τῶν υἱέων ἀνῄρητο, καὶ οἱ μὲν πατροκτόνοι δείσαντες ἔφυγον, ἕτερος δὲ παῖς ἐκείνου Ναχορδὰν τὴν βασιλείαν τὴν πατρικὴν διεδέξατο. ὃς συγγενῆ τοῦ Τωβὶτ κατέστησε τῶν αὐτοῦ πραγμάτων διοικητήν, Ἀχιάχαρ καλούμενον. κἀκεῖνος ἐδεήθη τοῦ βασιλέως περὶ Τωβίτ, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς Νινευί. ἐνστάσης δὲ πεντηκοστῆς, ἣν καθ' ἑπτὰ ἑβδομάδας ἑώρταζον D Ἰουδαῖοι, ἄριστον ἡτοίμαστο τῷ Τωβὶτ δαψιλές. λέγει οὖν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Τωβίᾳ "πορεύθητι τέκνον καὶ ἄγαγε ὃν ἂν εὕρῃς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐνδεῆ μεμνημένον τοῦ κυρίου, μεθέξοντα W I 102 τραπέζης ἡμῖν." ὁ δὲ πορευθεὶς ἀντέστρεψε λέγων "εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔρριπται ἐν τῇ ἀγορᾷ." καὶ ὁ Τωβὶτ εὐθὺς ἀπῆλθε, καὶ ἀνελόμενος τὸν νεκρὸν εἰς τὴν οἰκίαν ἐκόμισε, δύντος δὲ τοῦ ἡλίου ἔθαψεν αὐτόν. καὶ ἐπανελθὼν οὐκ εἰσῆλ-

1 Γαμαήλῳ et Γαβαήλῳ LXX. 2 τωβίαν ἐγείνατο A. 11 ὑπὸ] παρὰ A. 12 ὁ ναχορδᾶν A, Σαχερδὰν vel Σαχερδονὸς LXX.

proficisceretur, deposuit ibi apud quendam popularium suorum Gamaelem decem argenti talenta. ductaque uxore suae gentis Anna, Tobiam filium ex ea suscepit.

Enemesare mortuo Senacherimus filius regni Assyriorum successor, cum bello Iudaeis illato foede profligatus esset, domum reversus per iracundiam ex dolore cladis multos Israelitarum occidit. eos Tobitus noctu sepeliebat. quamobrem delatus apud regem cum quaereretur, ipse fugam capit, et facultates eius omnes diripiuntur. necdum dies quinquaginta exierant, cum Senacherimo a suis filiis occiso parricidae perterriti in exsilium profugiunt, et alius eius filius Nachordan regnum paternum suscipit. qui Tobiti cognatum, Achiacharum nomine, suarum rerum procuratorem constituit; cuius intercessione Tobitus rege exorato Niniven revertitur. festo pentecostes, quod septenis hebdomadibus Iudaei celebrabant, Tobitus lauto prandio apparato, filio mandat ut quemcunque fratrum inopem et domini memorem videret, eum ad epulas adduceret. Tobias egressus revertitur, patri nuntians popularium quendam strangulatum in foro iacere. statim abit Tobitus, cadaver sublatum domum portat et post solis occasum sepelit. a sepultura reversus domum non ingreditur, ut qui ex lege impu-

θεν εἰς τὴν οἰκίαν, οἷα κατὰ τὸν νόμον ἀκάθαρτος ὡς ἁψάμενος τοῦ νεκροῦ, ἀλλ᾽ ἐκοιμήθη παρὰ τὸν τοῖχον ἐν τῇ αὐλῇ. στρουθία δὲ ἐν τῷ τοίχῳ διανυκτερεύοντα ἀφώδευσαν εἰς τοὺς ὀφθαλ- P I 143 μοὺς αὐτοῦ, ἐξ ὧν λευκώματα συνέβησαν ἐν αὐτοῖς, κἀκ τούτων πεπήρωτο ὁ Τωβίτ. ἐν ἐνδείᾳ δὲ γεγονὼς ὑπὸ τῆς γυναικὸς μισθῷ νηθούσης ἐτρέφετο. καί ποτε μισθὸν λαβοῦσα, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ προσειληφυῖα καὶ ἔριφον, ἧκε πρὸς τὸν Τωβίτ. καὶ ἀκούσας τῆς κραυγῆς τοῦ ἐρίφου, ἠρώτα μή ποτε κλοπιμαῖος εἴη. ἡ δὲ "δῶρον" εἶπε "μοὶ δέδοται ἐπὶ τῷ μισθῷ." καὶ ὃς ἐνέκειτο λέγων "εἰ κλοπιμαῖόν ἐστιν, ἀποδοθήτω τοῖς κυρίοις αὐτοῦ." περιαλγήσασα δὲ ἡ γυνὴ καὶ οἱονεὶ τὸν ἄνδρα ἐπὶ τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ δικαίου ἐπιχλευάζουσα "ποῦ εἰσιν αἱ ἐλεημοσύναι σου καὶ αἱ δικαιοσύναι σου;" ἔφη. καὶ ὁ Τωβὶτ ἐδάκρυσε συγχυθεὶς καὶ ᾔτει τὸν θεὸν ἀπαλλαγῆναι τοῦ ζῆν. B

Καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας συνέπεσεν ὀνειδισθῆναι Σάρραν τὴν θυγατέρα Ῥαγουὴλ ὑπὸ παιδισκῶν τοῦ πατρὸς αὐτῆς, ὡς τοὺς ἄνδρας αὐτῆς ἀποπνίγουσαν, καὶ ἑπτὰ μὲν συζευχθεῖσαν, οὐδενὶ δὲ αὐτῶν γενομένην. δαιμόνιον γάρ τι Ἀσμοδαῖος καλούμενον ἐθανάτου αὐτοὺς πρὸς αὐτὴν εἰσιόντας. ἡ δὲ μὴ φέρουσα τὸν ὀνειδισμόν, ἀπάγξασθαι ἐβουλεύσατο. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ πένθος καὶ ὄνειδος δῷ τῷ πατρὶ αὐτῆς, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, εἰς προσευχὴν δὲ στᾶσα ἐπεκαλέσατο τὸν θεόν, αἰτουμένη θανεῖν καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν ὀνειδισμῶν, ἢ οἰκτειρηθῆναι καὶ οὕτως αὖθις τὸ ὄνειδος ἐκφυγεῖν.

3 διανυκτερεύοντι A. 12 χλευάζουσα A. 13 συγχεθεὶς? nam talia se immutasse Wolfius professus est ad p. 17 v. 9. 24 τῶν ὀνειδῶν A.

rus esset contacto cadavere, sed iuxta parietem in atrio dormit: in quo passerculi nidulati, excrementa alvi in oculos eius deiecerunt. unde caecatus Tobitus et ad egestatem redactus ab uxore nente alebatur. quae aliquando mercede accepta, auctarii vice haedum etiam rettulerat: cuius balatu audito rogabat num furto sublatus esset. respondente illa dono sibi datum esse, instabat, si furtivus esset, ut suis dominis restitueretur. mulier dolore commota et maritum ob nimium iustitiae studium veluti subsannans "ubi" inquit "sunt eleemosynae tuae et iustitia tua?" iis verbis Tobitus perturbatus et lacrimans mortem a deo exoptat.

Caeterum accidit ut eodem die Ecbatanis Mediae Sarra filia Raguelis a paternis ancillis maledictis lacesseretur, quasi maritos suos suffocaret, eam septies desponsa neque ulli nupta fuisset. nam daemonium quoddam nomine Asmodaeus illos ad eam ingredientes suffocabat. ea contumeliae impatiens de suspendio deliberabat: sed ne patri suo luctui et dedecori esset, ab eo sibi temperat; et ad preces conversa deum invocat, mortem optans et liberationem ab opprobriis, aut clementem melioris fortunae adeptionem, qua et ipsa ignominiam effugeret.

Digitized by Google

C *Εἰσηκούσθη οὖν ἡ προσευχὴ καὶ ἀμφοῖν, καὶ ἀπεστάλη πρὸς τοῦ θεοῦ Ῥαφαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ἰάσασθαι μὲν τὴν πήρωσιν τῷ Τωβίτ, τὴν Σάρραν δὲ τῷ Τωβίᾳ μνηστεύσασθαι, καὶ δῆσαι τὸν Ἀσμοδαῖον τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ὥστε μή τι κακὸν τῷ Τωβίᾳ ἐργάσασθαι εἰ τὴν Σάρραν ἀγάγοιτο. καλέσας δὲ ὁ Τωβὶτ τὸν Τωβίαν τὸν παῖδα αὐτοῦ καὶ παραινέσας πολλά, τέλος ἔφη αὐτῷ "δέκα τάλαντα ἀργυρίου παρεθέμην Γαμαὴλ τῷ τοῦ Γαβρία ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας· πορευθεὶς οὖν λάβε ταῦτα." καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ περὶ τούτων χειρόγραφον, καὶ ἐνετείλατο ζητῆσαι ἄνθρωπον ὃς μισθοῦ αὐτῷ συμπορεύσεται. καὶ ζητῶν συνοδοιπόρον ἐντυγχάνει τῷ ἀρχαγγέλῳ Ῥαφαὴλ ἐν εἴδει ἀνδρὸς φανέντι αὐτῷ*
D *καὶ ἐπαγγελλομένῳ εἰδέναι τὴν ὁδὸν καὶ τὸν οἶκον τοῦ Γαμαὴλ καὶ σὺν αὐτῷ πορευθῆναι. καὶ παραλαβὼν αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον Ἀζαρίαν καλούμενον ἀπῄει. καὶ ἦλθον ἑσπέρας ἐπὶ τὸν Τίγρην τὸν ποταμόν, καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ. Τωβίας δὲ εἰσέδυ τὸν ποταμὸν περικλύσασθαι, καὶ ἀνέθορεν ἐκεῖθεν ἰχθὺς καταπιεῖν τὸ μειράκιον. ὁ δὲ ἄγγελος ἐπιλαβέσθαι αὐτῷ τοῦ ἰχθύος παρεκελεύσατο, καὶ ἑλκυσθέντα αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ἀνατμηθῆναι εἶπε, καὶ λαβεῖν ὑπέθετο τῷ Τωβίᾳ τὴν καρδίαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἧπαρ καὶ τὴν χολήν, καὶ διατηρεῖν ἀσφαλῶς.*

14. *Ὡς δ' ἐπορεύοντο καὶ ἤγγιζον Ἐκβατάνοις, ἔφη Τω-*
P I 144 *βίας "ἀδελφὲ Ἀζαρία, εἰς τί χρησιμεύσουσιν ἡμῖν ἡ καρδία τοῦ ἰχθύος καὶ τὸ ἧπαρ καὶ ἡ χολή;" ὁ δὲ ἀπεκρίνατο "ἡ καρδία*

7 *γαβρία* A LXX, *Γωβρύα* PW. 10 *συμπορεύεται αὐτῷ* A.
14 *Τίγρην*] p. 22 v. 8 est *Τίγρις*. 21 *ἤγγιζον ἐν ἐκβατάνοις* A.

FONTES. *Cap.* 14. *Tobiae* 6 — 14.

Utriusque autem preces exanditae sunt, missusque a deo Raphael archangelus, qui et Tobiti caecitatem curaret, et Sarram Tobiae desponderet, et Asmodaeum malum daemonium vinciret ne quid Tobiae noceret Sarra ducta. Tobitus igitur filium Tobiam vocat, multa monet; denique exponit se apud Gamaelem Gabriae filium qui Ragis Medicis degat decem argenti talenta deposuisse, iubet ut ea recipiat reddito chirographo, et comitem mercede conducat. is dum comitem quaerit, in Raphaelem archangelum incidit, qui virili specie illi oblatus profitebatur se scire viam et aedes Gamaelis, et eius fore comitem. eo igitur adhibito, quasi homo esset Azarias nomine, iter ingreditur. iuxta Tigrim fluvium pernoctant: cum autem Tobias fluvium ingressus esset ut ablueret, exsilit inde piscis adolescentem devoraturus. at angelus ut piscem apprehendat et pertractum in terram dissecet hortatur, eiusque cor iecur et fel diligenter asservet.

14. Cum prope Ecbatana venissent, Tobias "frater Azaria" inquit, "quis nobis usus est cordis iecoris et fellis piscis?" respondet ille, cordis

καὶ τὸ ἧπαρ θυμιώμενα διώκουσι δαίμονας ἐάν τινι ἐνοχλῶσιν, ἡ δὲ χολὴ ἐγχριομένη ὄμμασι λευκώματα ἔχουσι καθαίρει ταῦτα καὶ δίδωσι τὸ ὁρᾶν." ἤδη δὲ τοῖς Ἐκβατάνοις προσήγγισαν, καί φησι τῷ Τωβίᾳ ὁ ἄγγελος "σήμερον αὐλισθησόμεθα παρὰ Ῥαγουὴλ συγγενεῖ σου τυγχάνοντι, ᾧ θυγάτηρ Σάρρα ἐστὶ φρονίμη τε καὶ καλή, καὶ λαλήσω περὶ αὐτῆς δοθῆναί σοι εἰς γυναῖκα." ὁ δέ "ἀκήκοα" ἔφη "τὸ κοράσιον ἐκδεδόσθαι ἀνδράσιν ἑπτά, W I 103 *καὶ πάντας ἐν τῷ νυμφῶνι θανεῖν, ὅτι ἐρᾷ τούτου δαιμόνιον καὶ τοὺς αὐτὸ μνηστευσαμένους ἀπόλλυσι· καὶ δέδοικα μὴ καὶ αὐτὸς ἀναιρεθῶ παρ' αὐτοῦ." καὶ ὁ ἄγγελος "ἄκουσόν μου" φησί,* B *"καὶ μηδείς σοι τοῦ δαιμονίου λόγος. ἐὰν γὰρ ἔλθῃς εἰς τὸν νυμφῶνα, ἄνθραξιν ἐπίθες ἐκ τῆς καρδίας τοῦ ἰχθύος καὶ ἐκ τοῦ ἥπατος, καὶ φεύξεται τὸ δαιμόνιον τὴν ὀσμὴν αὐτῶν ὀσφρανθέν, καὶ οὐκέτι ἐπανελεύσεται." καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον Ῥαγουήλ. καὶ μαθὼν ἐκεῖνος περὶ Τωβία ὅτι υἱός ἐστι τοῦ Τωβίτ, κατεφίλησεν αὐτόν, καὶ ἀκούσας ὅτι πεπήρωται ὁ Τωβίτ, ἔκλαυσε· καὶ ἀσμένως αὐτοὺς ἐδέξατο. ὁ δὲ ἄγγελος ἔφη τῷ Ῥαγουὴλ συζεῦξαι αὐτῷ τὴν Σάρραν· κἀκεῖνος κατένευσε, καὶ καλέσας τὴν θυγατέρα καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς λαβόμενος παρέδωκεν αὐτὴν τῷ Τωβίᾳ, καὶ λαβὼν βιβλίον ἔγραψε συγγραφήν. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον εἰσήγαγον εἰς τὸ ταμιεῖον πρὸς αὐτὴν τὸν Τωβίαν. ὁ δὲ ἀπιὼν* C *ἔλαβεν ἄνθρακας, καὶ ἐπιθεὶς ἐκ τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἰχθύος ἐκάπνισε, καὶ ἡ ὀσμὴ τούτων ἐφυγάδευσε τὸ δαιμόνιον. Ῥαγουὴλ δὲ μεθ' ἡμέραν ἔστειλε μίαν τῶν παιδισκῶν ἰδεῖν*

7 ἐκδιδόσθαι A. 15 ὅτι ὁ υἱός A. 23 τούτων A, τοῦ PW.

et iecoris suffitu fugari daemones si cui sint molesti: fel inunctum oculis albuginem detrahere et restituere visum. praeterea Tobiae ait, se in urbe apud Raguelem cognatum eius pernoctaturos, cui filia sit Sarra, cordata et formosa: eam se illi uxorem petiturum. tum adolescens "audivi" inquit "puellam septem viris fuisse elocatam, qui omnes in thalamo nuptiali perierint: nam a daemonio adamari, quod sponsos illius perimat. vereor itaque ne et mihi idem usu veniat." cui angelus "me" inquit "audi, neque ulla daemonii ratione habita, ubi in thalamum veneris, portionem de corde et iecore piscis carbonibus imponito: daemonium enim odore illo profligatum nunquam redibit." cum ingressi essent aedes, et Raguel Tobiam Tobiti filium esse cognovisset, utrumque humaniter excipit, adolescentem deosculatur et patris eius calamitatem deplorat. angelo autem a Raguele petente ut Tobiae Sarram desponderet, cum annuisset pater et filiam arcessisset, puellam manu prehensam Tobiae tradit, et libellum matrimonii conficit. a cena Tobias in conclave ad illam introductus corde et iecore piscis carbonibus imposito cubiculum suffumigat, eoque nidore fugat daemonium. Raguel autem, cum diluxisset, ancillam misit visum an adhuc viveret Tobias.

εἰ ζῇ ὁ Τωβίας. τῆς δὲ ἀναστρεψάσης καὶ ζῆν λεγούσης αὐτόν, εὐλόγησεν ὁ Ῥαγουὴλ τὸν θεόν. εἶπε δὲ πρὸς Τωβίαν "ἑορτάσωμεν τοὺς γάμους ἐφ' ἡμέρας δέκα καὶ τέσσαρας, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ἐντεῦθεν πρὸ τοῦ ταύτας παρελθεῖν. καὶ τότε λαβὼν τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῶν ὑπαρχόντων μοι πορεύου, τὰ δέ γε λοιπὰ λήψεσθε θανόντος ἐμοῦ καὶ τῆς τοῦ βίου μοι κοινωνοῦ." φησὶν οὖν ὁ Τωβίας πρὸς Ῥαφαὴλ "ἀδελφὲ Ἀζαρία, λάβε μοι τὸ χειρόγρα-
D φον καὶ πορεύθητι ἐν Ῥάγοις παρὰ Γαμαὴλ καὶ κόμισον τὸ ἀργύριον· εἰ γὰρ χρονίσομεν, ὁ πατήρ μου σφόδρα ὀδυνηθήσεται." καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος καὶ ἐνεχείρισε τῷ Γαμαὴλ τὸ χειρόγραφον καὶ ἔλαβε τὸ ἀργύριον καὶ ὑπέστρεψεν.

Ἤδη δὲ παρελθουσῶν τῶν τοῦ γάμου ἡμερῶν "ἐξαπόστειλόν με" τῷ Ῥαγουὴλ ὁ Τωβίας φησί· καὶ λαβὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων τῷ Ῥαγουὴλ ἀπῄει. ἄρτι δὲ πλησίον γενομένων τῆς Νινευί, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν "προδράμωμεν ἔμπροσθεν, ἑτοιμάσωμεν τὴν οἰκίαν. λάβε δὲ μετὰ χεῖρας τὴν χολὴν τοῦ ἰχθύος, καὶ ἀνοίξει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ πατήρ σου, σὺ δὲ ἔγχρισον αὐτοὺς τῇ χολῇ, καὶ δηχθεὶς
P I 145 διατρίψει αὐτούς, καὶ ἀποβυλεῖ τὰ λευκώματα." ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ἐκάθητο τηροῦσα τὴν ὁδόν· καὶ ὡς ἔγνω τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐρχόμενον, σπεύσασά φησι τῷ Τωβὶτ "ἔρχεται ὁ υἱός σου," καὶ προσδραμοῦσα κατεφίλησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν "εἶδόν σε παῖ, καὶ νῦν εἰ θανοῦμαι, οὐ μέλον μοι." Τωβὶτ δὲ ἐξῄει πρὸς τὴν θύραν προσκόπτων. καὶ ὁ Τωβίας αὐτοῦ ἐπελάβετο καὶ ἐπέχρισε

3 οὐκ om A. 13 με] μοι A. 22 προσδραμὼν A.

quae cum eum salvum esse renuntiasset, laudato deo Tobiae ait "nuptias per quattuordecim dies celebrabimus, nec ante eos elapsos te dimittam: post accepto mearum opum semisse discedes: reliqua me vitaeque meae socia defuncta accipietis." Tobias igitur ad Raphaelem ait "frater Azaria, cape chirographum meum, et Raga profectus ad Gamaelem, argentum affer. nam si diu morabimur, pater meus vehementer angetur." abit angelus: dato Gamaeli chirographo argentoque accepto revertitur.

Elapsis nuptiarum diebus Tobias petita a Raguele venia uxoreque sua cum semisse bonorum soceri accepta discedit. cum autem iam Ninivae appropinquarent, angelus ei ait "praecurramus et praeparemus aedes: tu vero fel piscis in manus sumito, ut aperiantur oculi patris tui. nam ubi tu eos inunxeris, et ille ex morsu confricuerit, albuginem detrahet." mater porro eius sedebat, reditum filii exspectans: eo conspecto adventum eius Tobito nuntiat, propereque accurrens filium deosculata "vidi te" inquit, "fili, neque mihi posthac mors curae est." Tobitus vero ad ianuam exiens impingit: sed Tobias eo apprehenso felle inunxit eius oculos: quos ubi ille

τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ συνεδήχθησαν, καὶ διέτριψεν αὐτούς, καὶ ἐλεπίσθη ἀπ᾽ αὐτῶν τὰ λευκώματα. καὶ ἰδὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ εὐλόγησε τὸν θεόν. καὶ ὡς ἀπηγγέλη τῷ Τωβὶτ τὰ γεγονότα τῷ Τωβίᾳ ἐν Μηδίᾳ, ἐξῆλθε Τωβὶτ εἰς συνάντησιν τῆς νύμφης αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν αὐτὴν εὐλόγησεν αὐτήν. B οἱ δὲ ἐν τῇ Νινευὶ ὁρῶντες αὐτὸν βλέποντα, καὶ ἀκηκοότες ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς μεγαλεῖα, ἐθαύμαζον. εἶπε δὲ Τωβὶτ τῷ υἱῷ αὐτοῦ "δὸς δή, τέκνον, τὸν μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ συνελθόντι σοι, μᾶλλον μέντοι καὶ προσθεῖναι αὐτῷ δεῖ." ὁ δέ "πάτερ" ἔφη, "τὰ ἡμίση λαβεῖν ὧν ἐνήνοχα δίκαιός ἐστι." καὶ εἶπε τῷ Ῥαφαὴλ "λάβε μοι, ἀδελφὲ Ἀζαρία, τὸ ἥμισυ πάντων ὧν ἐνηνόχαμεν, καὶ πορεύου ὑγιαίνων." τότε καλέσας κατὰ μόνας τοὺς δύο ὁ ἄγγελος ἀπήγγειλεν ἅπαν τὸ μεγαλεῖον ὃ ἐποίησε μετ᾽ αὐτῶν ὁ θεός, καὶ εἶπεν εἶναι ὁ Ῥαφαήλ, καὶ μὴ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ παρα- W I 104 γενέσθαι ἀλλὰ σταλῆναι ὑπὸ θεοῦ. C καὶ παρῄνεσεν αὐτοὺς εὐλογεῖν τὸν θεὸν καὶ ἐξομολογεῖσθαι ὅσα ἐποίησε μετ᾽ αὐτῶν. "μυστήριον μὲν γὰρ βασιλέως" ἔφη "κρύπτειν καλόν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ θεοῦ ἀνακηρύττειν ἐνδόξως." οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα ἔπεσον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἀναστάντες οὐκέτι αὐτὸν εἶδον, καὶ ἀνθωμολογοῦντο τῷ θεῷ ἀνθ᾽ ὧν ἐποίησε μετ᾽ αὐτῶν θαυμασίων.

Ἦν δὲ Τωβίτ, ὅτε τὴν ὅρασιν αὐτοῦ ἀπώλεσεν, ἐτῶν πεντήκοντα καὶ ὀκτώ, καὶ μετὰ ἔτη ὀκτὼ ἀποκατέστη πάλιν εἰς τὸ ὁρᾶν· καὶ ἦν μᾶλλον ἔκτοτε φοβούμενος τὸν θεὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν

10 δίκαιον ἐστὶ τὰ ἡμίση λαβεῖν ὧν ἐνήνοχα A. ἐνήνοχεν PW: alterum A LXX. 18 ἐνδόξως A cum altero Wolfii codice, Ducangii codicibus et LXX; ἔνδοξον PW. 20 τὸν θεὸν A. ἐποίησε post ὧν A, ἐποίησεν post θαυμασίων PW.

compunctos defricuit, albugo inde squamarum instar decidit. viso igitur filio laudat deum; cumque audisset quid ei apud Medos accidisset, egressus est sponsae obviam et bene precatus. Ninivitae autem cum eum videre cernerent, et magnifica dei opera audirent, mirabantur. dixit autem Tobitus filio ut suo comiti mercedem cum auctario daret. verum Tobias "pater" inquit, "aequum est eum semissem eorum omnium quae attuli accipere." et Raphaeli ait "mi frater Azaria, sume dimidium eorum omnium quae attulimus, et bene ambula." tum angelus utrumque seducit, et eis opera dei magnifica recensens se Raphaelem esse ait, nec sua sponte venisse sed a deo esse missum: monet ut deum celebrent eiusque in se beneficentiam praedicent. "nam arcanum" inquit "regis celare decet, dei autem opera celebrare et extollere." illi his auditis ad pedes eius sunt prolapsi: sed cum surrexissent, eum non viderunt amplius. et praedicarunt miracula divinitus in se edita.

Natus erat Tobitus, cum visum amitteret, annos quinquaginta octo, eumque post annos octo recuperavit; et ab eo tempore magis etiam veritus

Digitized by Google

ἐργαζόμενος. γεγηρακὼς δὲ εἰς ἔσχατον λέγει τῷ υἱῷ αὐτοῦ "τέκνον, ἰδοὺ γεγήρακα καὶ πρὸς τῷ θανεῖν εἰμι, σὺ δὲ λάβε τοὺς
D υἱούς σου καὶ ἄπελθε εἰς Μηδίαν· πέπεισμαι γὰρ ὅτι ὅσα προεῖπεν Ἰωνᾶς περὶ Νινευΐ, ὡς καταστραφήσεται, γενήσονται, καὶ ὅτι Ἱεροσόλυμα ἔρημα ἔσται καὶ ὁ ναὸς κατακαυθήσεται, καὶ πάλιν ἐλεήσει τὴν πόλιν ὁ θεός, καὶ ἐπιστρέψει ὁ λαὸς καὶ οἰκοδομήσει αὐτήν. σὺ δὲ τήρησον τὸν νόμον καὶ γίνου ἐλεήμων καὶ δίκαιος." καὶ τοιαῦτα ἐντειλάμενος τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐξέλιπεν, ἐτῶν γενόμενος ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ὀκτώ. καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ἐντίμως Τωβίας καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθε μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εἰς Ἐκβάτανα πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ· καὶ ἔθαψε κἀκεῖνον γηράσαντα, καὶ ἐκληρονόμησεν αὐτόν. ἀπέθανε δὲ καὶ Τω-
P I 146 βίας ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας, καὶ ἤκουσε πρὸ τοῦ θανεῖν τὴν ἀπώλειαν Νινευὶ αἰχμαλωτισθείσης ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ καὶ Ἀσουήρου.

15. Τὸ μὲν οὖν σύμπαν τῶν Ἑβραίων ἔθνος, ὡς ἤδη ἱστόρηται, δορυάλωτον παρὰ τῶν Ἀσσυρίων γενόμενον μετῳκίσθη, καὶ ἔρημος ἡ Ἱερουσαλὴμ κατελέλειπτο, οὐ πρότερόν τε τῆς αἰχμαλωσίας ἐλύθη πρὶν ἡ τῶν Ἀσσυρίων κατελύθη ἀρχὴ κατὰ τὴν προφητικὴν προαγόρευσιν ὑπὸ Μήδων τε καὶ Περσῶν, καὶ οἱ ἑβδομήκοντα παρῆλθον ἐνιαυτοὶ οὓς ὁ προφήτης Ἱερεμίας προανεφώνησεν. οὐκ ἄκαιρον δ' ἂν εἴη καὶ τῆς τῶν Ἀσσυρίων βα-

2 πρὸς τὸ θ. A. 8 ἐντελλόμενος A. 12 καὶ alterum add A. 15 ἀσουήρου A cum LXX, Ἀσσυρίων PW. 18 καταλέλειπτο A.

Fontes. *Cap.* 15. *Xenophontis de Cyri disciplina* 1 2, *paucis a Z. praemissis.*

est deum, et maius virtutis studium habuit. cum plane consenuisset, Tobiae dixit "ego, fili, plane consenui, iamiam moriturus. tu vero cum liberis tuis proficiscere in Mediam. persuasum enim habeo ea quae Ionas de Ninives excidio praedixit eventura esse; Hierosolyma item fore deserta, et templum combustum iri, sed deo urbi reconciliato populum reversurum et eam instauraturum. tu vero legem observato et misericors esto et iustus." his filio mandatis exspiravit, annos centum quinquaginta octo natus. eo Tobias una cum matre honorifice sepulto, cum uxore Ecbatana Mediae ad socerum Raguelem proficiscitur. quem cum et ipsum natu grandem sepelisset, haereditatem eius adit. mortuus est et Tobias, annos natus centum viginti septem, audivitque, priusquam obiret, excidium Ninives a Nabuchodonosore et Asuero captae.

15. Omnis igitur Hebraeorum populus, ut iam expositum est, ab Assyriis captus et alio translatus est desertis Hierosolymis, neque prius dimissus quam Assyriorum imperium, ut prophetae praedixerant, a Medis et Persis esset eversum, annique septuaginta ab Hieremia designati praeterissent. neque vero alienum hoc loco fuerit Assyrii regni excidium bre-

Digitized by Google

σιλείας ἐπιτετμημένως διεξελθεῖν τὴν καθαίρεσιν, καὶ δεῖξαι τὴν B προφητικὴν ἀληθεύουσαν πρόῤῥησιν, τὴν ὑπὸ Μήδων καὶ Περσῶν μέλλειν αὐτὴν καταλυθήσεσθαι προθεσπίσασαν· ἔχει δὲ οὕτως.

Βασιλεῖαι καθ᾽ ἑαυτὰς ἦσαν ἥ τῶν Μήδων καὶ ἡ τῶν Περσῶν· καὶ τῆς μὲν ἦρχεν ὁ Ἀστυάγης, ὁ Καμβύσης δὲ τῆς Περσῶν. συνῴκει δ᾽ οὗτος τῇ Ἀστυάγους θυγατρὶ καλουμένῃ Μανδάνῃ, ἥτις παῖδα τῷ Καμβύσῃ τὸν Κῦρον ἐγείνατο· ὃς τοῖς τῶν Περσῶν νόμοις τραφεὶς ἀνδρειότατός τε καὶ σωφρονέστατος νουνεχής τε καὶ δικαιότατος γέγονε. τὰ δὲ νόμιμα τῶν Περσῶν τοιάδε ἦσαν, ὡς Ξενοφῶν συνεγράψατο. ἦν αὐτοῖς ἀγορὰ ἐλευθέρα καλουμένη, καθ᾽ ἣν τά τε βασίλεια σφίσι καὶ τὰ ἄλλα ἀρ- C χεῖα πεποίηντο, ὧν τὰ ὤνια καὶ οἱ ἀγοραῖοι καὶ ἡ τούτων τύρβη καὶ αἱ φωναὶ ἀπελήλαντο, ἵνα μὴ τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ μιγνύηται. διῄρητο δὲ ἡ ἐλευθέρα ἀγορὰ εἰς τετρακτὺν ἀρχείων· τούτων τὸ ἓν παισίν, ἄλλο δ᾽ ἐφήβοις ἀφώριστο, τελείοις δ᾽ ἀνδράσι τὸ ἕτερον, τοῖς δ᾽ ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα γεγονόσιν ἔτη ἀπονενέμητο τὸ λοιπόν. καὶ εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας παρῆσαν ἕκαστοι. τοὺς δ᾽ ἐφήβους καὶ περὶ τὰ ἀρχεῖα καταδαρθάνειν σὺν τοῖς ὅπλοις τοῖς γυμνητικοῖς ἐνενόμιστο, πλὴν τῶν γεγαμηκότων· οὗτοι δὲ οὔτε ἐπεζητοῦντο εἰ μὴ προείρητο, οὔτ᾽ ἀπεῖναι συ-

3 καταληφθήσασθαι codex Colberteus. προθεσπίζουσαν A. ἔχει δὲ οὕτως om codex Colberteus. δὲ A, τε PW. 4 τῶν alterum add A. 7 Καμβύσῃ] in margine A scholion σημείωσαι, καμβύσης ἐλέγετο ὁ τοῦ κύρου πατήρ· διὸ καὶ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καμβύσιν ὁ κύρος ὠνόμασε. 11 καλουμένη] κεκλημένη A. ἀρχεῖα — φωναὶ om A. 13 πεπαιδευμένων] παίδων A. 16 δ᾽ prius AW, δὲ P. 19 γυμνητικοῖς A, γυμνικοῖς PW: utrumque in Xenophontis codicibus. Wolfii codices γυμνωτικοῖς. ἐννενόμιστο PW. 20 προήρηντο A.

viter perstringere, atque ostendere, vere praedictum fuisse a prophetis, id a Medis et Persis eversum iri. caeterum res ita se habet.

Medorum et Persarum distincta regna fuerunt, quorum illud Astyages, hoc Cambyses tenuit; qui Mandanen Astyagis filiam in matrimonio habebat, ex eaque Cyrum filium procreavit. is Persarum institutis educatus in virum fortissimum, modestissimum, cordatum et iustissimum evasit. Persarum autem instituta, Xenophonte auctore, huiusmodi fuerunt. forum habuere quod liberum vocabatur, in quo et regia et caeterae curiae exstructae erant, repulsis inde rebus venalibus et circumforaneis hominibus eorumque turbis et vociferationibus, ne iis hominum bene institutorum disciplina turbaretur. divisum erat id forum in quattuor curias, quarum una pueris, altera adolescentibus, tertia viris, quarta iis qui aetatem militarem excesserant erat attributa. suam igitur quaeque aetas curiam frequentabat. verum adolescentibus cum armis velitaribus iuxta curias excubare moris erat, exceptis iis qui uxores duxerant: iis vero neque adesse nisi denuntiatum esset necesse erat, neque crebrius abesse concessum. curia

Digitized by Google

D χνάκις αὐτοῖς συγκεχώρητο. ἦσαν δ' ἑκάστοις ἄρχοντες δώδεκα·
W I 105 εἰς γὰρ δώδεκα φυλὰς οἱ Πέρσαι διῄρηντο. οἱ μὲν δὴ παῖδες
εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες δικαιοσύνην ἐμάνθανον, τῶν ἀρχόν-
των αὐτῶν τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας δικαζόντων αὐτοῖς. ἐγίνοντο
γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἀνδράσιν ἐγκλήματα καὶ
κλοπῆς καὶ βίας καὶ ἁρπαγῆς καὶ ἀπάτης καὶ ὕβρεως καὶ ἄλλων
τινῶν. οὓς δ' ἂν ἔγνων τούτων ἀδικοῦντας, ἐτιμωροῦντο· καὶ
οὓς δ' ἂν εὕρισκον ἀδίκως ἐγκαλοῦντας, ἐκόλαζον. ἐδίδασκον δὲ
τοὺς παῖδας σωφροσύνην, προσέχοντας τοῖς πρεσβυτέροις σω-
φρόνως διάγουσιν, ἐδίδασκον δὲ καὶ τροφῆς ἐγκράτειαν καὶ πο-
P I 147 τοῦ. καὶ ὅτε τραφήσεσθαι ἔμελλον, οἱ παῖδες, παρὰ τῷ διδα-
σκάλῳ ἦσαν σιτούμενοι, ἄρτον φέροντες οἴκοθεν καὶ κάρδαμον
ὄψον· καὶ ποτὸν ἐλάμβανον ποταμίου ὕδατος κώθωνα. ἐμάνθα-
νον δὲ πρὸ τοῦ σιτεῖσθαι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. μέχρι δὴ ἓξ
ἐτῶν ἢ ἑπτὰ πρὸς τοῖς δέκα ταῦτα οἱ παῖδες ἔπραττον, ἐκ τούτου
δ' εἰς τοὺς ἐφήβους ἐτάττοντο, καὶ δέκα ἔτη περὶ τὰ ἀρχεῖα ἐκά-
θευδον, παρεῖχον δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτοὺς τοῖς ἄρχουσι κεχρῆ-
σθαι ὅπῃ ἐδέοντο σφῶν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. ὅταν δ' ἐπὶ θήραν
B ἐξῄει ὁ βασιλεύς, ἐξῆγε τῆς μοίρας αὐτῶν τὴν ἡμίσειαν. ἐθή-
ρων δὲ κοινῇ, ὅτι συγγενὴς αὐτοῖς ἐδόκει αὕτη ἡ μελέτη τῇ
ἀσκήσει τῇ πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ εἴθιζεν ἀνίστασθαι πρωϊαίτε-
ρον καὶ ψύχους καὶ θάλπους ἀνέχεσθαι, καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρό-
μοις ἐγύμναζε, καὶ τοξεῦσαι θηρίον καὶ ἀκοντίσαι ἐδίδασκε, καὶ

14 πρὸ τοῦ σιτεῖσθαι] πρὸς τούτοις Xenophon. σιτίσασθαι codex Colberteus. 18 δ' AW, δὲ P. 19 ἐξίῃ Xenophon.

quaelibet duodecim principes habebat, pro numero Persarum tribuum. pueri ludos frequentantes iustitiam discebant, eorumque praesides maximam diei partem iure dicundo consumebant. nam inter pueros etiam quemadmodum inter viros mutuae accusationes fiebant de furto, vi, rapina, dolo malo, iniuria et aliis. quos ex his peccasse cognorant, multabant; eos item qui falsum aliis crimen intenderant. docebant item eos temperantiam exemplo seniorum, et continentiam in cibo et in potu. nam apud magistrum capiebant cibum, domo secum panem et obsonii vice nasturtium afferentes: potus eis erat cothon (poculum) profluentis aquae. ante cibum sagittare et iaculari discebant. et haec usque ad annum aetatis decimum sextum aut decimum septimum: ex eo inter adolescentes referebantur, et decennium iuxta curias somnum capiebant, et interdiu quoque magistratibus, cum opus erat, in publicis negotiis operam navabant. rex item venatum exiturus semissem eorum educebat. venabantur autem publice, quod illa exercitatio rei militari non absimilis videretur. assuefaciebat eos ante lucem surgere et frigus et aestum ferre, itineribus et cursibus exercebat,

πρός τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνταγωνίσασθαι παρεσκεύαζεν. ἐφέροντο δὲ θηρῶντες ἄριστον πλεῖον μὲν τῶν παίδων, τἄλλα δὲ ὅμοιον. καὶ οὐκ ἠρίστων θηρῶντες, εἰ μὴ ἐδέησεν ἢ θηρὸς ἕνεκα ἐπιμεῖναι, ἢ ἄλλως διατρῖψαι περὶ τὴν θήραν ἠθέλησαν. τὸ οὖν ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες τὴν ὑστέραν μέχρι δείπνου ἐθήρευον, καὶ μίαν τὰς ἡμέρας ταύτας ἐλογίζοντο ἄμφω. τοῦτο C δ' ἐποίουν ἵνα κἂν ἐν πολέμῳ δεήσῃ, δύνωνται τοῦτο ποιεῖν. ὄψον δὲ εἶχον ὃ ἂν ἐθήρασαν, εἰ δ' οὔ, τὸ κάρδαμον. αἱ δὲ μένουσαι φυλαὶ διέτριβον μελετῶσαι πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν καὶ πρὸς ἀλλήλους ταῦτα διαγωνίζεσθαι. τοῖς δὲ μένουσι τῶν ἐφήβων ἐκέχρηντο αἱ ἀρχαὶ πρὸς ἰσχύος ἢ τάχους ἔργα δημόσια. ἐπειδὰν δ' ἐπὶ τούτοις οἱ ἔφηβοι δέκα ἔτη διήγαγον, ἐτέλουν εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας, καὶ ἔκτοτε πέντε καὶ εἴκοσι οὕτω διῆγον ἐνιαυτούς. καὶ εἰ ἔδει στρατεύεσθαι, τόξα μὲν οὐκέτι ἔχοντες οὐδὲ παλτὰ ἐστρατεύοντο, τὰ δὲ ἀγχέμαχα ὅπλα καλούμενα, θώρακα περὶ τοῖς στέρνοις καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀρι- D στερᾷ, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ μάχαιραν ἢ κοπίδα. καὶ αἱ ἀρχαὶ δὲ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίσταντο. ἐπειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσι διετέλεσαν ἔτη, ἦσαν μὲν πλειόνων γεγονότες ἐνιαυτῶν ἢ πεντήκοντα ἀπὸ γενεᾶς, ἐξήρχοντο δὲ τηνικαῦτα εἰς τοὺς γεραιτέρους. οἱ δὲ γεραίτεροι ἐστρατεύοντο μὲν οὐκέτι ἔξω τῆς ἑαυτῶν, μένοντες δ' οἴκοι ἐδίκαζόν τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἰδιωτικὰ ξύμπαντα, καὶ τὰ θα-

1 πρός τι θηρίον ἀλκίμων A. 5 μέχρι τοῦ δείπνου A. 6 ἄμφω om A. 18 καὶ om A. 19 πλειόνων γεγονότες A, γ. π. PW. 21 τῆς om A.

feram vel sagitta vel iaculo ferire docebat et ferociores etiam bestias subsistere. in venatu secum ferebant prandium puerili copiosius, caetera simile. neque prandebant in venatu, nisi vel ferae causa diutius manendum esset, vel alioqui venatui immorari liberet. id prandium cenati postridie usque ad cenam venabantur, utrumque diem pro uno numerantes. id eo faciebant, ut et militiae, si esset opus, idem facere possent. obsonium erat quod ceperant: si nihil cepissent, nasturtium. tribus quae manebant domi, praeter caetera sagittando et iaculando exercebantur et inter sese decertabant. adolescentes qui manebant, inserviebant magistratibus in iis negotiis publicis quae vires et celeritatem desiderabant. sic decem annis exactis in virorum coetum transferebantur, in eoque annos viginti quinque permanebant. cumque militandum erat, non amplius gerebant arcus et pila, sed arma quibus cominus pugnatur, pectus thorace munitum, scutum laeva manu, dextra gladium aut securim. ex his omnes magistratus legebantur. iis viginti quinque annis exactis utique iam quinquagesimo aetatis anno superato in seniorum classem transibant. ii ad extera bella non proficiscebantur, sed domi ius dicebant de omnibus rebus et publicis et privatis et cau-

Digitized by Google

νατικὰ δ' ἐκεῖνοι ἔκρινον, καὶ τὰς ἀρχὰς ἁπάσας ᾑροῦντο. καὶ ἤν τις ἢ ἐν ἐφήβοις ἢ ἐν ἀνδράσι παρέβη τι τῶν νομίμων, οἱ P I 148 γεραίτεροι αὐτὸν ἐξέκρινον. ὁ δ' ἐκκριθεὶς ἄτιμος διετέλει τὸ λοιπὸν τοῦ βίου. αἰσχρὸν δὲ παρὰ Πέρσαις λελόγιστο καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι καὶ τὸ φύσης ὦφθαι μεστοὺς καὶ τὸ φανερὸν γενέσθαι τινὰ οὐροῦντα ἢ κοιλίας ποιούμενον ἔκκρισιν. ταῦτα δὲ οὐκ ἠδύναντο ποιεῖν εἰ μὴ μετρίᾳ διαίτῃ ἐχρῶντο καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον.

Ταῦτα μὲν τὰ ἔθη τῶν Περσῶν καὶ τὰ νόμιμα· (16) Κῦρος δὲ τούτοις τραφείς τε καὶ παιδευθείς, καὶ τὴν ἔφηβον ὑπερβὰς ἡλικίαν καὶ τοῖς ἀνδράσι καταλεγείς, ἐν ἅπασιν εὐδοκίμησεν. W I 106 ἤδη δὲ τοῦ μητροπάτορος αὐτοῦ τοῦ τῶν Μήδων βασιλεύοντος Ἀστυάγους τὴν ζωὴν μεταλλάξαντος, ὁ παῖς ἐκείνου Κυαξάρης B (οὗτος δὲ καὶ Δαρεῖος ὠνόμαστο) τὴν πατρικὴν ἀρχὴν διεδέξατο, τοῦ Κύρου τυγχάνων μητράδελφος.

Ὁ δὲ τῶν Ἀσσυρίων κρατῶν, εἰς μέγα τῆς βασιλείας αὐξηθείσης αὐτῷ, καὶ ἄρχων μὲν τοῦ φύλου τῶν Ἀσσυρίων ὄντος πολυπληθοῦς, ὑφ' ἑαυτὸν δὲ πεποιημένος τοὺς Ἄραβας, ὑπηκόους δὲ καὶ τοὺς Ὑρκανίους κτησάμενος καὶ τοὺς Σύρους ὑποφόρους, τούς γε μὴν Βακτρίους πολιορκῶν καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἤδη καταστρεψάμενος, καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν θέμενος ἑαυτῷ ὑποχείρια, ᾤετο εἰ τοὺς Μήδους ἀσθενώσειε, πάν-

3 αὐτῶν A. 6 τινὰ γενέσθαι A. 9 ὁ κῦρος A. 12 τοῦ alterum] καὶ A. 14 οὗτος δὲ] ὃς A. hoc e Theodoreto: cf. p. 236 v. 21. 20 Ἑβραίων] haec Xenophonti addita. 21 καὶ om A. 22 ἑαυτῷ om A.

Fontes. *Cap. 16. Xenophontis de Cyri disciplina* 1 5 — 3 1.

sis capitalibus etiam: iidem magistratus omnes creabant. quod si quis sive adolescens sive vir instituta violasset, eum seniores curia eiiciebant: eiectus per omnem aetatem ignominiosus erat. turpe habebatur apud Persas exspuere, emungi et flatu plenum conspici, aut urinam reddere alvumve deiicere publice. quae cavere non potuissent, nisi et moderato victu essent usi et labore humiditates consumpsissent.

16. Cyrus igitur huiusmodi Persarum disciplina enutritus et educatus cum adolescentiae annos egressus in virorum numerum relatus esset, omnibus in rebus laudem eximiam est consecutus. avo eius materno Astyage defuncto Cyaxares, qui et Darius dicitur, Cyri avunculus, paternum regnum suscepit.

Caeterum Assyriorum rex imperio in immensum aucto (nam praeter ingentem suae nationis multitudinem Arabes et Hyrcanos subegerat et Syros tributarios fecerat et Hebraeis iam eversis Bactrianos obsidebat et plurimas alias gentes in sua potestate habebat) putabat, si Medorum vires fre-

των γε τῶν πέριξ ῥᾷον κρατήσειν. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς τούς τε ὑφ' ἑαυτὸν ἡτοίμαζεν, ἔπεμψε δὲ καὶ πρὸς Κροῖσον τὸν βασιλέα Λυδῶν καὶ πρὸς ἄμφω τοὺς Φρύγας, πρὸς Παφλαγόνας τε καὶ C Ἰνδοὺς καὶ πρὸς Κᾶρας καὶ Κίλικας, αἰτῶν συμμαχήσειν αὐτῷ κατὰ Μήδων ὡρμημένῳ, ὡς καὶ αὐτοῖς τοῦ πολέμου συμφέροντος, δυνατὸν εἶναι τὸ ἔθνος λέγων, ἐπιγαμίαν τε πρὸς Πέρσας πεποιημένον καὶ τὴν παρ' ἐκείνων προσκτήσασθαι ἀρωγήν, καὶ θάτερον συγκροτεῖσθαι παρὰ θατέρου, ὥστε εἰ μή τις αὐτοὺς φθάσας ἀσθενώσει, ἑκάστῳ τῶν ἐθνῶν ἐπιόντας κρατήσειν αὐτῶν. ὁ μὲν οὖν τοιούτους λόγους πρὸς ἕκαστον τῶν ἐθνῶν διεπέμπετο· τῶν δὲ τὰ μὲν τοῖς λόγοις τούτοις παρακινούμενα, τὰ δὲ καὶ χρήμασι καὶ δώροις ἀναπειθόμενα, ἔνια δὲ καὶ φόβῳ τοῦ Ἀσσυρίου κρατούμενα συμμαχήσειν κατέθεντο.

Κυαξάρης δὲ ταῦτα μαθὼν αὐτός τε παρεσκευάζετο καὶ εἰς D Πέρσας ἀπέστειλε πρός τε τὸ κοινὸν καὶ πρὸς τὸν σφῶν βασιλέα Καμβύσην, συμμαχίαν αἰτῶν καὶ τὸν Κῦρον τὸν ἀδελφιδοῦν ἄρχοντα τῶν συμμάχων ἐλεύσεσθαι ἀξιῶν· ἤδη γὰρ ἐν τοῖς τελείοις ἠρίθμητο. συμμαχήσειν οὖν τῶν Περσῶν καταθεμένων οἱ γεραίτεροι ἄρχοντα τὸν Κῦρον αἱροῦνται τῆς εἰς Μήδους στρατιᾶς, καὶ τρισμυρίους αὐτῷ ἔδοσαν πελταστὰς καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας. ὡς οὖν ᾑρέθη, τῷ πατρὶ συνταξάμενος ἀπῄει πρὸς Μήδους σὺν τῷ στρατεύματι. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο, οὔπω δὲ παρῆν ὁ Ἀσσύριος, ἀσκεῖν ἐπέταττε τοῖς ἑαυτοῦ τὰ πολέμια. ἐν τούτοις P I 149

1 γε om A. 2 τὸν] τῶν A. 6 λέγων τὸ ἔθνος A. 17 ἐν om A.

gisset, se omnes circumiacentes populos facilius oppressurum. hac cogitatione suscepta suos instruit: legatos ad Croesum Lydorum regem et ad utrosque Phryges, ad Paphlagones et Indos, ad Cares et Cilices mittit, petens, ut belli, quod contra Medos moliretur ipsis quoque utile, socii esse vellent. nam eam gentem potentem esse, et affinitate cum Persis iuncta illorum quoque vires adscivisse, et utramque ab altera firmari; ac nisi mature vires eorum premerentur, ordine omnes gentes oppressuros. ille igitur, huiusmodi sermonibus passim iactandis, quosdam verbis, nonnullos muneribus, quosdam etiam metu sui adduxit, ut auxilia pollicerentur.

Cyaxares eo motu cognito et ipse sese parat, et missis ad commune et regem Persarum Cambysem legatis auxilia petit, et Cyrum sororis filium auxiliorum ducem: nam in classem virorum iam transierat. Persis belli societatem pollicitis, seniores Cyrum expeditionis Medicae ducem creant, triginta milibus scutatorum, sagittariorum et funditorum delectis. creatus imperator re cum patre communicata ad Medos abit cum exercitu. quo cum ante Assyriorum adventum pervenisset, bellicas exercitationes suis mi-

Digitized by Google

δὲ παρὰ Κυαξάρου ἧκεν ἄγγελος λέγων ὅτι Ἰνδῶν παρείη πρεσβεία, καί "δεῖ παρεῖναι καὶ σέ. φέρω δέ σοι καὶ στολὴν τὴν καλλίστην· βούλεται γάρ σε προσάγειν ἐστολισμένον λαμπρότατα, ἵν' οὕτω τοῖς Ἰνδοῖς ὀφθείης." ὡς δ' ἀφίκετο ἐπὶ τὰς Κυαξάρου θύρας μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ Περσικῶς ἐσταλμένος εἰσῄει πρὸς αὐτόν, ἠχθέσθη ἐκεῖνος τῇ λιτότητι τῆς στολῆς. κληθέντες δὲ οἱ Ἰνδοὶ εἶπον ἐστάλθαι παρὰ τοῦ σφετέρου βασιλέως ἐρωτῶντος ἐξ οὗ ὁ πόλεμος εἴη Μήδοις τε καὶ τῷ Ἀσσυρίῳ, τὰ αὐτὰ δὲ πυθέσθαι κἀκείνου, καὶ ἀμφοτέροις εἰπεῖν ὅτι ὁ Ἰνδῶν βασιλεὺς τὸ B δίκαιον σκεψάμενος μετὰ τοῦ ἠδικημένου ἔσεται. πρὸς ταῦτα ὁ Κυαξάρης ἔφη "ἡμεῖς μὲν ἀδικοῦμεν οὐδὲν τὸν Ἀσσύριον, ἐκείνου δὲ ὅ τι λέγει πυνθάνεσθε." ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν "εἰ παρ' ἡμῶν ἀδικεῖσθαί φησιν ὁ Ἀσσύριος, ὦ Ἰνδοί, αὐτὸν αἱρούμεθα δικαστὴν τὸν βασιλέα ὑμῶν."

Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσαντες ᾤχοντο· ὁ δὲ Κῦρος μὴ θέλων ἄπρακτον καθῆσθαι τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν, τῷ Κυαξάρῃ φησίν "ἔναγχος μέμνημαί σου ἀκούσας ὡς ὁ Ἀρμένιος οὔτε στράτευμα πέμπει σοι οὔτε τὸν δασμὸν δίδωσι, τὰς συνθήκας ἠθετηκώς. εἰ οὖν βούλει, πέμψον ἐμέ, ἱππέας μοι μετρίους προσθέμενος· καὶ οἶμαι σὺν τοῖς θεοῖς ὡς καὶ τὸ στράτευμα πέμψει καὶ C ἀποδοίη καὶ τὸν δασμόν." ὡς δὲ ἐφῆκεν ὁ Κυαξάρης, ὑποσχό-

1 παρείη A Xenophon, παρῄει PW. 6 λιτότητι] φαυλότητι codex Colberteus.

litibus imperat. interea a Cyaxare arcessitur ut Indicae legationi audiendae adesset, missa veste pulcherrima, ut summo in splendore ab Indis conspiceretur. cum autem Cyrus ad ianuam Cyaxaris cum exercitu venisset, Persicoque habitu ad eum introiisset, aegre tulit ille vestis tenuitatem. Indi vocati referunt se a suo rege missos esse, ut cognoscerent quae causa belli esset inter Medos et Assyrium, eademque ex illo etiam percontarentur, et utrisque dicerent regem Indorum aequitate cognita iis fore adiutorem qui iniuriis afficerentur. ad haec respondit Cyaxares, se quidem nullam Assyrio facere iniuriam, quid autem ille dicat, id eis ex ipso esse cognoscendum. Cyrus item "si quam," inquit, "Indi, Assyrius iniuriam sibi a nobis esse ortam queritur, ipsum regem vestrum iudicem sumimus."

His legati auditis abierunt: Cyrus vero, ne suus exercitus desideret otiosus, Cyaxari ait "memini me nuper ex te audire, Armenium neque milites neque tributa tibi mittere, pactis violatis. quod si vis, mediocrem equitum numerum mihi adiungito: effecturum enim confido, adiutore deo, ut et copias et tributa tibi mittat." assenso Cyaxare pollicitoque, ubi ad

Digitized by Google

μενος ὅτε τοῖς ὅροις πλησιάσει τῆς Ἀρμενίας πέμψειν αὐτῷ τοὺς ἱππέας, ἀπῄει ὁ Κῦρος ὡς πρὸς θήραν ἐξιών· καὶ γὰρ εἰώθει W I 107 θηρᾶν μέσον τῶν ὁρίων ἀμφοῖν, τῶν τε Μήδων φημὶ καὶ τῶν Ἀρμενίων. καὶ ἀπελθὼν ἐθήρα καὶ ἐπέβαινε τῶν ὀρῶν τῆς Ἀρμενίας ἐπὶ τὸ πρόσω χωρῶν ἠρέμα. ὡς δ' ᾔσθετο ταῦτα ὁ Κυαξάρης, ἀπέστειλεν αὐτῷ τοὺς ἱππεῖς. ἐλθόντων δ' ἐκείνων συγκαλέσας τοὺς ταξιάρχας ἐξέφηνε τὸ ἀπόρρητον, καὶ ἥκειν ἔφη διὰ τὸν Ἀρμένιον ἀγνωμονήσαντα πρὸς τὸν Κυαξάρην. καὶ τῷ μὲν Χρυσάντᾳ ἐνετέλλετο τοὺς ἡμίσεις λαβεῖν τῶν Περσῶν καὶ εἰς τὰ ὄρη τῶν Ἀρμενίων γενέσθαι, φυλάττεσθαί τε μὴ γνωσθῆναι D ὅτι στράτευμα εἴη ἐν τούτοις, ἀλλά τινας προπέμπειν λῃσταῖς ἐοικότας καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὰς στολάς, ὥστε εἴ τινες τούτοις ἴσως ἐντύχοιεν, κλῶπας νομίζειν εἶναι. καὶ ὁ μὲν Χρυσάντας μετὰ τῶν Περσῶν ἐπὶ τὰ ὄρη ἐχώρει, ὁ δὲ Κῦρος πέμψας πρὸς τὸν Ἀρμένιον ἐκέλευεν ὡς τάχιστα οἴσειν καὶ τὸν δασμὸν καὶ τὸ στράτευμα, καὶ αὐτὸς ἀπῄει συντεταγμένος. ὡς δ' ἤκουσε ταῦτα ὁ Ἀρμένιος, ἐξεπλάγη, καὶ ἔπεμπε μὲν ἀθροίζων τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν, ἔπεμπε δὲ καὶ τὰς γυναῖκας τόν τε νεώτερον υἱὸν καὶ τὰ χρήματα εἰς τὰ ὄρη· οὐ γὰρ τεῖχος τῇ σφῶν κατοικίᾳ περιεβέβλητο. ἐπεὶ δὲ οἱ πρὸς τὰ ὄρη πεμφθέντες ἐνέπεσον τοῖς ἐκεῖ P I 150 ἐφεδρεύουσι, καὶ αἵ τε γυναῖκες καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀρμενίου καὶ αἱ θυγατέρες ἑάλωσαν, ἀπορῶν αὐτὸς καὶ ἑαυτὸν τῷ Κύρῳ παρέδωκεν.

10 γνωρισθῆναι A. 12 ἴσως τούτοις A. 21 καὶ αἱ θυγατέρες τοῦ ἀρμενίου A.

Armeniae fines accessisset, se illi equites missurum, Cyrus proficiscitur quasi venatum exiret: nam venari consueverat intra fines amborum, Medorum inquam et Armeniorum. inter venandum igitur montes Armeniae conscendit et paulatim ulterius progreditur. quo Cyaxares cognito equites illi mittit. quibus acceptis tribunos convocat, arcanum profert: se adesse propter Armenii iniquitatem, qui datam Cyaxari fidem violet. Chrysantae mandat ut semisse Persarum accepto Armeniae montes occupet, et caveat ne cognoscatur exercitum in eis versari, sed quosdam praemittit et numero et habitu praedonibus similes, ut si qui forte in illos inciderint, latrones esse existiment. ita Chrysantas montes conscendit: Cyrus legatis ad Armenium missis imperat ut quamprimum et tributa et milites adducat: ipse instructo exercitu proficiscitur. Armenius his auditis perculsus et copias contrahit et uxores ac filium iuniorem cum pecuniis in montes mittit: neque enim regiam habebat munitam. qui cum in eos incidissent qui illic in insidiis erant, capiuntur uxores regiae, filius et filiae: ipse quoque animo aestuans Cyro se dedit.

Digitized by Google

17. Ἐν τούτοις δὲ ὁ πρεσβύτερος τοῦ Ἀρμενίου παῖς Τιγράνης ἀπόδημος ὢν προσήει, ὅς ποτε σύνθηρος τῷ Κύρῳ ἐγένετο, καὶ γνοὺς τὰ συμβάντα εὐθὺς ὡς εἶχε πρὸς τὸν Κῦρον ἀπήει· καὶ ἰδὼν τόν τε πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα αἰχμαλώτους, ἐδάκρυσεν. ὁ δὲ Κῦρος "εἰς καιρὸν ἥκεις" ἔφη. καὶ πολλὰ τῷ Ἀρμενίῳ διαλεχθεὶς καὶ ἀδι- B κοῦντα ἐλέγξας, τέλος ἔφη "λέγε μοι πόση σοι δύναμίς ἐστι, πόσα δὲ χρήματα." τοῦ δὲ εἰπόντος ἱππεῖς μὲν ὀκτακισχιλίους εἶναι, πεζῶν δὲ μυριάδας τέσσαρας, χρήματα δὲ εἰς ἀργύριον λογισθέντα πλείω τρισχιλίων ταλάντων, ὁ Κῦρος "τῆς μὲν στρατιᾶς" ἔφη "τοὺς ἡμίσεις μοι σύμπεμψον, τῶν δὲ χρημάτων ἀντὶ μὲν τῶν πεντήκοντα ταλάντων τοῦ ἐτησίου δασμοῦ διπλάσια Κυαξάρῃ ἀπόδος· ἐμοὶ δ'" ἔφη "ἄλλα ἑκατὸν δάνεισον." καὶ ταῦτα εἰπὼν τήν τε γυναῖκα τῷ Ἀρμενίῳ καὶ τοὺς παῖδας δῶρον ἔδωκε, καὶ τῷ Τιγράνῃ τὴν οἰκείαν νεογάμῳ ὄντι, καὶ ἀφῆκε πάντας.

C Ἀρμενίοις δὲ καὶ Χαλδαίοις ὁμοροῦσι διαφοραὶ ἦσαν ἀεὶ καὶ μάχαι· τούτους δ' ἀλλήλοις ὁ Κῦρος κατήλλαξε, καὶ οὕτως ἀπήει. καὶ τὸ μὲν στράτευμα ὃ ἐκ τοῦ Ἀρμενίου ἔλαβεν ἔπεμψε πρὸς Κυαξάρην, ἐπεὶ δ' ἀφίκετο εἰς Μήδους, μετέδωκε τῶν χρημάτων τοῖς αὐτοῦ ταξιάρχαις. εἶτα σὺν τῷ Κυαξάρῃ ἐνέβαλεν εἰς τὴν πολεμίαν, καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο καὶ λείαν πολλὴν ἐκεῖθεν συνήγαγον. ὡς δὲ προσιόντας καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ἐπύθοντο,

2 σύνθορος A. 11 πέμψον A. 13 δάνεισον om C.
18 μὲν om A.

Fontes. *Cap.* 17. *Xenophontis de Cyri disciplina* 3 1—4 2.

17. Interea natu maior Armenii filius Tigranes, quem aliquando in venatione socium Cyrus habuerat, cum peregre abfuisset, reversus cognito suorum casu statim sine ulla cunctatione Cyrum convenit; cumque patrem et matrem et sorores uxoremque suam captivas vidisset, lacrimat. cui Cyrus "tempestive" inquit "ades:" longoque sermone cum Armenio habito, eiusque perfidia convicta, tandem dicere iubet quantas habeat copias, quantum item pecuniae. cum ille responderet, equitum octo, peditum quadraginta milia; pecuniae, si ad argenti rationem computaretur, ultra tria milia talentum; Cyrus exercitus semissem secum mitti iubet, de pecunia pro quinquaginta talentis annui tributi duplum Cyaxari mitti, et sibi tantundem mutuo dari. his dictis uxorem et liberos Armenio donat, Tigrani item coniugem suam reddit recens nuptam, et omnes dimittit.

Inter Chaldaeos porro et Armenios, ut inter vicinos solet, assiduae contentiones et pugnae erant: quibus inter se reconciliatis Cyrus recedit, ac milites ab Armenio acceptos ad Cyaxarem mittit: ipse in Mediam reversus pecuniam inter tribunos distribuit. deinde cum Cyaxare impressionem in agrum hostilem facit, castrisque positis magna praeda potitur. ut autem

Digitized by Google

*συντεταγμένοι προσῄεσαν, καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο ἀλλήλων παρα-
σάγγην ἀπέχοντες. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐξαγαγὼν ὁ Κῦρος τὸ ἑαυτοῦ
στράτευμα παρετάξατο, καὶ καθ' ἕτερον κέρας σὺν τοῖς Μήδοις
ὁ Κυαξάρης, ἑτέρωθεν δ' οἱ Ἀσσύριοι καὶ οἱ συμμαχοῦντες αὐ-* D
*τοῖς. καὶ παραθήξαντες ἀλλήλους οἱ Πέρσαι ὁμόσε δρόμῳ ἐφέ-
ροντο, καὶ ὁ Κῦρος αὐτός. οἵ γε μὴν πολέμιοι οὐκέτ' ἔμενον,
ἀλλ' ἔφευγον εἰς τὸ ἔρυμα. καὶ οἱ Πέρσαι αὐτοῖς ἐφεπόμενοι
ὠθουμένων αὐτῶν πολλοὺς κατεστρώννυσαν. τοὺς δὲ εἰς τὰς τά-
φρους ἐμπίπτοντας ἐπεισπηδῶντες ἐφόνευον. καὶ οἱ τῶν Μήδων
δὲ ἱππεῖς εἰς τοὺς τῶν πολεμίων ἱππέας ἤλαυνον· οἱ δ' ἐνέκλινον·
ἔνθα δὴ καὶ ἵππων διωγμὸς ἦν καὶ ἀνδρῶν καὶ φόνος ἐξ ἀμφοτέ-
ρων. ἰδοῦσαι δὲ αἱ γυναῖκες τῶν Ἀσσυρίων καὶ τῶν συμμάχων* W I 108
ταῦτα, ἀνέκραγον καὶ ἔθεον ἐκπεπληγμέναι, καὶ τοὺς πέπλους P I 151
*περιρρηγνύμεναι καὶ δρυπτόμεναι ἱκέτευον πάντας ἀμῦναι καὶ αὐ-
ταῖς καὶ τέκνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς. ἔνθα δὴ καὶ οἱ βασιλεῖς αὐ-
τοὶ σὺν τοῖς πιστοτάτοις στάντες ἐπὶ τὰς εἰσόδους ἐμάχοντο καὶ
τοῖς ἄλλοις παρεκελεύοντο. δείσας δ' ὁ Κῦρος μὴ ὀλίγοι ὄντες,
εἰ βιάσαιντο εἰς τὸ χαράκωμα εἰσελθεῖν, ὑπὸ πολλῶν σφαλεῖεν,
παρηγγύησεν ὑπὸ πόδα ἀνάγειν ἔξω βελῶν· καὶ ταχὺ τὸ κεκελευ-
σμένον ἐποίησαν. εἶτ' ἀπήγαγε τοὺς οἰκείους ὅσον ἐδόκει καλῶς
ἔχειν, καὶ ἐστρατοπεδεύσατο. οἱ δ' Ἀσσύριοι, καὶ τεθνηκότος
τοῦ ἄρχοντος καὶ σχεδὸν σὺν αὐτῷ τῶν βελτίστων, ἠθύμουν.*

8 *τὰς* add A Xenophon. 14 *περιρρηγνύμεναι* PW, *παραρρηγνύμεναι* A, *καταρρηγνύμεναι* Xenophon. 17 *ὄντες εἰσβιάσαιντο* A. 18 *σφαλοῖεν* A.

Assyrios etiam accedere cognoverunt, instructa acie progressi, intervallo parasangae ab hostibus castra metantur. postridie Cyrus suos milites eductos ordinat, Cyaxares cum Medis alterum cornu occupat. ex adverso idem et Assyrii cum suis foederatis faciunt. Persae inter sese cohortati ipseque Cyrus cursu feruntur in hostes: qui vitato illorum impetu ad munitiones se recipiunt. instant Persae et, dum alii alios urgent, multos sternunt: et eos etiam qui in fossas inciderant saltu consecuti caedunt. Medorum item equites hostium equites invadunt: cedunt illi: fit fuga et equorum et virorum, et utrorumque caedes. quae cum Assyriorum et foederatorum uxores viderent, exclamant et consternatae currunt et vestes lacerantes plangentesque viros obtestantur ut semetipsos, ut uxores, ut liberos defendant. ibi reges cum fidissimis aditu castrorum occupato pugnam et ipsi cient et caeteros cohortantur. veritus igitur Cyrus ne, si vi penetrarent in hostile vallum, pauci a multis circumvenirentur, signum receptui dat, ut milites paulatim extra teli iactum recederent. quod cum celeriter fecissent, suos tantum abducit quantum rectum esse videbatur, et castra locat. Assyrii vero, cum et imperator et fortissimus quisque cecidisset, animis angi;

Digitized by Google

ὁρῶντες δὲ ταῦτα ὅ τε Κροῖσος καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι σφῶν,
B πάντες ἤλγουν. ἐντεῦθεν ἐκλείπουσι τὸ στρατόπεδον καὶ ἀπέρχονται τῆς νυκτός. ὡς δὲ μεθ' ἡμέραν ἔρημον ἐφάνη τὸ τῶν πολεμίων χαράκωμα, διαβιβάζει τοὺς Πέρσας ὁ Κῦρος πρώτους, εἶτα καὶ οἱ ἀμφὶ Κυαξάρην διέβαινον. τῷ μὲν οὖν Κύρῳ διώκειν τοὺς πολεμίους ἐδόκει, τῷ δέ γε Κυαξάρῃ τοὐναντίον ἅπαν ἦν αἱρετόν. καὶ ὁ Κῦρος "δὸς δή μοι τῶν Μήδων" ἔφη "τινὰς συμπορευομένους μοι, ἐκείνους δὴ ὅσοι μοι ἐθέλοντες συνέψεσθαι προθυμήσονται." καὶ ὁ Κυαξάρης ἐφῆκε, καὶ τὸν ἀγγελοῦντα ταῦτα τοῖς Μήδοις τῷ Κύρῳ συνέπεμψεν.

Ἐν τοσούτῳ δὲ ἄγγελοι ἐκ τῶν Ὑρκανίων ἀφίκοντο. οἱ δ'
C Ὑρκάνιοι ὅμοροι τῶν Ἀσσυρίων εἰσίν, ἔθνος οὐ πολύ, διὸ καὶ ἦσαν τῶν Ἀσσυρίων ὑπήκοοι· ἐχρῶντο δ' αὐτοῖς οὔτ' ἐν πόνοις οὔτ' ἐν κινδύνοις αὐτῶν φειδόμενοι. καὶ τότε δὲ οὐραγεῖν ἐτετάχατο, ἱππεῖς ὄντες ὡς χίλιοι, ὅπως εἴ τι ὄπισθεν εἴη δεινόν, ἐκείνοις τοῦτ' ἐνσκήψειε πρὸ αὐτῶν. οἱ δὲ οἷα πάσχουσιν ἐννοούμενοι, ἔπεμψαν ἀγγέλους πρὸς Κῦρον ἐροῦντας ὡς μισοῖντο δικαίως παρ' αὐτῶν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ εἰ βούλοιτο ἰέναι ἐπ' αὐτούς, καὶ σφεῖς ἔσοιντο σύμμαχοι καὶ ἡγήσοιντο. ὁ δὲ ἤρετο εἰ καταλήψοιντο αὐτούς· καὶ οἱ Ὑρκάνιοι εἶπον ὅτι κἂν αὔριον ἕωθεν πορεύοιντο εὔζωνοι, καταλήψοιντο σφᾶς. καὶ ὁ Κῦρος πί-
D στεις ᾔτει ὡς ἀληθεύοιεν· οἱ δὲ ὁμήρους κατέθεντο παρασχεῖν εἰ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δεξιὰν δοίη καὶ πιστὰ θεῶν ποιήσαιτο. καὶ ὁ

16 οἷα] τοῖς codex Colberteus. 20 καταλήψοιντο A, καταλήψοιτο PW.

Croesus et alii foederati dolere; castrisque noctu desertis discedere. mane cum viderent vallum hostium esse vacuum, Cyrus Persas primos traducit, Cyaxaris copiis sequentibus: cumque persequi hostes consultum putaret, Cyaxares autem quidvis mallet, petit ut Medos qui sponte sequi vellent sibi traderet. annuit Cyaxares et praeconem cum Cyro mittit qui Medis ea nuntiet.

Interea nuntii ab Hyrcanis veniunt: Assyriorum hi vicini sunt, gens ob paucitatem subiecta Assyriis, qui ita eis utebantur ut nec in laboribus nec in periculis eis parcerent. tum autem agmen claudere iussi erant, equites circiter mile, ut si quid a tergo periculi esset, id in eos primos verteretur. hi igitur aerumnis suis consideratis legatos ad Cyrum mittunt, qui dicerent Assyrios sibi iure invisos esse: si vellet, se duces fore et adiutores ad eos persequendos. Cyrus rogat an eos adipisci possint. respondent Hyrcani, si vel postridie mane expediti proficiscantur, hostem assecuturos esse. tum Cyrus petit firmari sibi fidem ab eis: pollicentur illi se obsides daturos si vicissim dexteras daret et sacramento firmaret fidem. annuit Cyrus: quod

Digitized by Google

μὲν Κῦρος δίδωσιν αὐτοῖς πιστά, ἢ μὴν ἐὰν ἃ λέγουσιν ἐμπεδώσωσιν, ὡς φίλοις καὶ πιστοῖς χρῆσθαι αὐτοῖς, καὶ μήτε Περσῶν μήτε Μήδων μεῖον ἔχειν τι παρ᾿ αὐτῷ.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Κῦρος ἔτι φάους ὄντος ἐξῆγε τὸ στράτευμα, καὶ ὁ Τιγράνης μετὰ τῶν Ἀρμενίων συνῆν, καὶ τοὺς Ὑρκανίους δὲ περιμένειν ἐκέλευσεν, ἵν᾿ ἅμα ἴοιεν. τῶν δὲ Μήδων σχεδὸν ἅπαντες συνεξῄεσαν τῷ Κύρῳ. ἡγεῖσθαι οὖν τοὺς Ὑρκανίους ἐκέλευσε· καὶ πολλὴν ὁδὸν διανύσας πλησίον γίνεται τοῦ τῶν Ὑρκανίων στρατεύματος. καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦτο τὸν Κῦρον ἐδίδασκον, P I 152
καὶ ὃς ἐκέλευσεν εἰ φίλοι εἰσὶν ὡς τάχιστα ὑπαντᾶν τὰς δεξιὰς ἀνατείναντας. καὶ οἱ Ὑρκάνιοι ταῦτα ἐνωτισάμενοι παρῆσαν εὐθύς, τὰς δεξιὰς ὥσπερ εἴρητο ἀνατείνοντες. δεξιωσάμενος δὲ αὐτοὺς "εἴπατέ μοι" φησί, "πόσον ἀπέχει ἐνθένδε ἔνθα αἱ ἀρχαὶ τῶν πολεμίων εἰσὶ καὶ τὸ ἀθρόον αὐτῶν;" οἱ δ᾿ ἔφασαν ὀλίγῳ πλέον ἢ παρασάγγην. ἡγεῖσθαι οὖν τοὺς Ὑρκανίους ἐπέταττε. καὶ οἱ μὲν ἡγοῦντο, αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς Πέρσαις τὸ μέσον ἔχων ἐπορεύετο, τοὺς δὲ ἱππεῖς ἑκατέρωθεν ἔταξεν. ἐπεὶ δὲ φάος ἐγένετο καὶ ἔγνων τὰ δρώμενα οἱ πολέμιοι, οὐδεὶς ἐμάχετο, ἀλλ᾿ οἱ μὲν ἔφευγον οἱ δὲ καὶ ἀμαχεὶ ἀπώλλυντο.

18. Κροῖσος δὲ ὁ Λυδῶν βασιλεὺς τὰς γυναῖκας σὺν ταῖς B
ἁρμαμάξαις νυκτὸς προέπεμψεν ὡς ῥᾷον κατὰ ψῦχος πορεύοιντο (θέρος γὰρ ἦν), καὶ αὐτὸς τοὺς ἱππεῖς ἔχων ἐπηκολούθει. καὶ τὸν τῆς παρ᾿ Ἑλλήσποντον ἄρχοντα Φρυγίας τὰ αὐτὰ ποιῆσαι

11 ἀνατείναντες A. 19 ἀπώλοντο A. 21 ἁμάξαις A: Xenophon ἁρμαμάξαις.

Fontes. *Cap.* 18. *Xenophontis de Cyri disciplina* 4 2—5.

si re praestarent quae verbis profiterentur, se eis pro fidis amicis usurum, neque deteriore loco futuros quam Persas aut Medos.

His actis Cyrus cum adhuc luceret educit exercitum, Tigrane cum Armeniis comitante; et Hyrcanos etiam exspectare iubet, ut una irent. Medi vero fere omnes Cyrum sequebantur. iubet igitur Hyrcanos praecedere, multoque itinere confecto eorum exercitui appropinquat. de quo a legatis admonitus iubet, si amici sint, citra moram occurrere sublatis dexteris. faciunt illi ut iussi erant. quos Cyrus benigne acceptos dicere sibi iubet quantum absint hostium duces et universae copiae. cum responderent paulo plus parasanga, iubet ducere: ipse cum Persis in medio proficiscitur, aliis equitum utrinque adiunctis. cum diluxisset, hostes re cognita partim fugere, partim sine pugna caedi.

18. Croesus autem Lydorum rex mulieres cum curribus noctu ablegarat ut in frigore proficiscerentur (aestas enim erat), et ipse cum equitibus sequebatur. idem et Hellespontiacae Phrygiae ducem fecisse memo-

Digitized by Google

W I 109 φασίν. ὡς δ' οἱ φεύγοντες αὐτοὺς κατελάμβανον, καὶ τὸ γινόμενον ἔγνων, ἔφευγον καὶ αὐτοί. τὸν δὲ τῶν Καππαδοκῶν βασιλέα ἔτι ἐγγὺς ὄντα κατακαίνουσιν οἱ Ὑρκάνιοι. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐδίωκον, ὁ δὲ Κῦρος τοὺς σὺν αὐτῷ περιελαύνειν ἐκέλευε τὸ στρατόπεδον, καὶ κτείνειν μὲν τοὺς ἐξιόντας σὺν ὅπλοις, τοῖς δὲ μένουσιν ἐκήρυξεν ἀποφέρειν τὰ ὅπλα συνδεδεμένα, τοὺς δ' ἵππους ἐπὶ ταῖς σκηναῖς καταλείπειν· τὸν δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντα τῆς κεφα-
C λῆς στερεῖσθαι. οἱ μὲν δὴ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἐρρίπτουν ἀποφέροντες εἰς ἓν χωρίον, καὶ ταῦτα οἱ τεταγμένοι κατέκαιον. ὁ δὲ Κῦρος ἐννοήσας ὡς ἦλθον οὔτε σῖτα οὔτε ποτὰ ἔχοντες, ἐκήρυξε τοὺς τῶν σκηνῶν ἐπιτρόπους παρεῖναι πάντας, καὶ ὡς παρῆσαν "ἄγετε ὦ ἄνδρες" ἔφη, "διπλάσια ἐν ἑκάστῃ σκηνῇ σῖτα παρασκευάσατε ἢ τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς οἰκέταις αὐτῶν καθ' ἡμέραν ἐποιεῖτε." καὶ οἱ μὲν ὡς παρηγγέλθησαν ἔπραττον. τῶν δὲ Μήδων τινὲς οἱ μὲν ἁμάξας προωρμημένας καταλαβόντες καὶ ἀποστρέψαντες μεστὰς ὧν δεῖται στρατιὰ προσήλαυνον, οἱ δὲ καὶ ἁρμαμάξας γυναικῶν τῶν βελτίστων προσῆγον, καὶ ἐπιδεικνύντες Κύρῳ ἃ ἦγον
D πάλιν ἀπήλαυνον. ὁ δὲ Κῦρος ἐπὶ τούτοις ἐδάκνετο καὶ κατεμέμφετο ἑαυτοῦ, καὶ συγκαλέσας τοὺς ταξιάρχας συνεβούλευεν ἱππικὸν καὶ τοὺς Πέρσας κτήσασθαι, ἵνα τούτῳ τοὺς ἱππότας διώκοιεν καὶ τοὺς φεύγοντας καταλαμβάνοιεν· καὶ οἱ ἄλλοι συνῄνεσαν. ἤδη δ' ὑπερμεσούσης ἡμέρας προσήλαυνον οἱ ἱππεῖς οἱ Μῆδοι καὶ οἱ Ὑρκάνιοι ἵππους τε ἄγοντες αἰχμαλώτους καὶ ἄνδρας. τοῖς μὲν

3 ἔτι ante ἐγγὺς A Xenophon, post ὄντα PW. 17 προσῆγον Xenophon, προῆγον PW. 22 ἤδη δ'] ἤδ' A. 23 οἱ om A.

rant. quos cum ii qui fugerant assecuti, quo loco res esset, docuissent, et ipsi fugere incipiunt. Hyrcani autem Cappadocum regem in propinquo adhuc deprehensum occidunt. ac caeteri quidem persequendis hostibus intenti erant, Cyrus autem suos castra circumvehi iubet et qui armati egrederentur occidere: qui intra munitiones erant, ut arma in unum conferrent et equos ad tabernacula relinquerent, per praecones edicit; qui secus fecerit, capitale fore. itaque arma abiiciunt. ea in unum acervum congesta, quibus id negotii datum erat, cremant. deinde recordatus Cyrus se neque cibaria neque potum attulisse, omnes tentoriorum curatores convocat, et in omnibus tabernaculis duplum eius quod dominis eorumque servitiis pararint, instruere iubet. dum illi iussa exsequuntur, Medi qui longius excurrerant alii currus commeatu plenos adducunt, alii carpenta in quibus lectissimae feminae erant; iisque Cyro ostensis ad praedam redeunt. mordebat ea res Cyrum; et ipse sibi iratus tribunos convocat, suadet ut et ipsi equitatum instituant quo equites persequi et fugientes capere possint. assensere caeteri. interea Hyrcani et Medi, cum iam ultra meridiem esset, ca-

feriori. huius amore captus Decius Mundus, inter equites dignitate praestans, mulieris pudicitiam muneribus sollicitabat, 200 milia drachmarum Atticarum pro uno concubitu pollicens; eaque recusante amore magis inflammabatur, adeo ut abstinentia ciborum necem sibi consciscere institueret. habebat autem paternam libertam nomine Iden, omnis generis malorum peritam. ea adolescentem sic affectum verbis confirmat et pollicitationibus refocillat, ac sibi duntaxat quinquagies mile drachmis opus esse dicit ad rem conficiendam. quibus acceptis, cum illam pecunia expugnari non posse cerneret, sed cultui Isidis (ea tum a Romanis pro diva colebatur) esse deditissimam, quosdam falsae illius deae sacerdotes convenit, pecuniam offert, ut Paulinam quibus possint dolis circumventam Mundo sui copiam facere cogant. illi pecunia deliniti facinus aggrediuntur: eorum natu maximus Paulinam seorsim convenit, se ab Anubide ipsius amore capto missum esse profitetur ut eam arcesseret. mulieri ea verba optatissima acciderunt, si a deo amaretur: et nuntium illum cum marito communicat. qui gnarus modestiae coniugis eam abire sinit. cum in templum venisset, sub somni tempus mulieri in ipsa aede lectus paratur, lucernae exstinguuntur. Mundus, iam antea ibi abditus,

Digitized by Google

ὡς Ἄννουβις αὐτῇ προσφερόμενος. εἶτα ὁ μὲν ἀπῆλθεν, ἡ δὲ πρὸς τὸν ἄνδρα φοιτήσασα διηγεῖτο τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Ἀννούβιδος, καὶ πρὸς τὰς συνήθεις ἐνελαμπρύνετο ὡς ὁμιλίας ἀξιωθεῖσα θεοῦ. τρίτῃ δὲ μετὰ τὴν πρᾶξιν ἡμέρᾳ συναντήσας ὁ Μοῦνδος αὐτῇ "Παυλίνα" φησί, "καὶ τὰς εἴκοσι μυριάδας ἔχω, καὶ σύ μοι τούτων διηκονήσω χωρίς. ἃ δὲ πρὸς Μοῦνδον ἐξύ- B *βριζες, τούτων οὐδέν μοι προσήπτετο, Ἄννουβιν ὄνομα θεμένῳ αὐτῷ." ἐκ τούτων εἰς ἔννοιαν ἐλθοῦσα τοῦ τολμήματος ἡ γυνὴ περιρρήγνυται τὴν στολήν, καὶ τῷ ἀνδρὶ ἐδήλου τὸ ἐπιβούλευμα· ὁ δὲ τῷ Τιβερίῳ προσῆλθε. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ ἐξετάσας τὸ γεγονός, τοὺς μὲν ἱερεῖς ἀνεσταύρωσε καὶ τὴν Ἴδην, τόν τε ναὸν καθεῖλε, καὶ τὸ τῆς Ἴσιδος ἄγαλμα εἰς τὸν Θύβριν ποταμὸν κατεπόντισε, τὸν δὲ Μοῦνδον φυγῇ ἐδικαίωσε, συγγνώμην νείμας αὐτῷ ὥστε μὴ μεῖζον κολασθῆναι διὰ τὴν βίαν τοῦ ἔρωτος.*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπέπρακτο, ἐν δὲ Σαμαρείᾳ συμβέβηκε θόρυβος. ἀνὴρ γάρ τις ἐκέλευε τοὺς Σαμαρεῖς ἐπὶ τὸ Γαριζὶν ὄρος αὐτῷ συνελθεῖν (ἁγνότατον δὲ τοῦτο αὐτοῖς C *ὑπείληπται τῶν ὀρῶν), καὶ ἀφικομένοις ἐπηγγέλλετο ἱερὰ σκεύη ἐμφανίσαι κατορωρυγμένα ἐκεῖ ὑπὸ Μωυσέως· οἱ δὲ ἠθροίζοντο καὶ ἐν ὅπλοις ἦσαν. Πιλάτος δὲ στρατιώτας πέμψας τοὺς μὲν ἔκτεινε, τοὺς δὲ ἐτρέψατο εἰς φυγήν, καὶ τῶν ζωγρηθέντων τοὺς*

1 *ἀννούβιος* A. 2 post *διηγεῖτο* PW add *αὐτῷ*, om A Iosephus. 7 *ἀννούβιον* A, *Ἀνούβιον* Iosephus. 8 *αὐτῷ* PW, *ἐμαυτῷ* Iosephus. 9 *περιρήγνυται* PW. 12 *θύβριν* libri mss et W, *Τύβριν* P. 16 *ἐκέλευσε* A. 19 *μωυσέος* A.

per totam noctem sub Anubidis nomine libidine sua expleta discedit. illa reversa Anubidis apparitionem marito narrat, apud familiares de congressu dei gloriatur. sed tertio post id facinus die Mundus ei obviam factus "Paulina" inquit, "et ducenta milia habeo, et tu mihi gratis gessisti morem. tua vero erga Mundum iniuria me non attigit, qui Anubidis nomen ipse mihi fecerim." e quibus verbis mulier intellecto facinore, vestibus laceratis marito insidias indicat: is apud Tiberium conqueritur. imperator facinore comperto sacerdotes et Idem in cruces tollit, aedem diruit, Isidis simulacrum in Tiberim demergit, Mundum in exsilium agit, poenam graviorem ob amoris vim clementia moderatus.

Haec Romae acta sunt: Samariae vero tumultus hac de causa exstitit. quidam Samaritanos Garizinium montem sanctitatis opinione celeberrimum secum conscendere iussit: nam ibi se eis sacra vasa a Mose defossa ostensurum esse. qui cum armati convenissent, Pilatus exercitu misso alios occidit alios in fugam vertit, et captivorum prae-

Digitized by Google

κορυφαίους διέφθειρεν. οἱ δὲ Σαμαρεῖς πρὸς Οὐιτέλλιον ἦλθον Συρίας ἡγεμονεύοντα, Πιλάτου κατηγοροῦντες ἐπὶ τῇ τῶν ὁμοφύλων σφαγῇ. καὶ Οὐιτέλλιος Μάρκελλον πέμψας τῶν Ἰουδαίων προνοησόμενον, ἐπὶ Ῥώμην ἀπιέναι τὸν Πιλάτον ἐκέλευεν ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος ἀπολογησόμενον ἐφ' οἷς ἐγκαλεῖται. καὶ ὁ μὲν ἀπῄει ἐπὶ δέκα ἔτεσιν ἡγεμονεύσας τῆς Ἰουδαίας, πρὶν δὲ τῇ Ῥώμῃ ἐγγίσαι αὐτόν, ἔφθη Τιβέριος μεταστάς.

Οὐιτέλλιος δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐλθὼν τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς D τελουμένης ὑπεδέχθη μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὰ τέλη τῶν γεωργουμένων καρπῶν τοῖς Ἱεροσολυμίταις ἀνίησι, καὶ τὴν στολὴν τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὸ ἱερὸν συνεχώρησε κεῖσθαι καὶ παρὰ τοῖς ἱερεῦσιν εἶναι καθάπερ καὶ πρότερον· τότε δὲ ἐν τῇ Ἀντωνίᾳ ἀπέκειτο. τῶν γὰρ ἀρχιερέων τις, ὁ πρῶτος δηλαδὴ Ὑρκανός, ἔγγιστα τοῦ ἱεροῦ βᾶριν ἐγείρας, καὶ ἐν αὐτῇ διαιτώμενος, ἐκεῖ καὶ τὴν στολὴν τὴν ἀρχιερατικὴν εἶχεν, αὐτῷ ἀνήκουσαν ὡς ἀρχιερεῖ. τὰ αὐτὰ δὲ ἐκείνῳ καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἐπράσσετο. Ἡρώδης δὲ τὴν βᾶριν ἐκείνην ἐπικατασκευάσας ἐπὶ τὸ πολυτελέστερον, φίλος ὢν Ἀντωνίου, ἐπὶ τῷ ἐκείνου ταύτην ὀνόματι μετωνόμασε· καὶ P I 270 τὴν στολὴν ἐν αὐτῇ εὑρηκὼς κατεῖχεν ἐκεῖ. τοῦτο δὲ ἐποίει καὶ ὁ Ἀρχέλαος, καὶ μετ' ἐκεῖνον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ αὐτὰ ἐπὶ τῇ στολῇ ἔπραττον, ἀποκειμένῃ ἐκεῖ ὑπὸ σφραγῖσι τῶν ἱερέων καὶ τῶν γαζοφυλάκων. ἑορτῆς δ' ἐφεστώσης ἀπεδίδοτο τοῖς ἀρχιερεῦσιν ὑπὸ τοῦ φρουράρχου, καὶ μετὰ μίαν τῆς ἑορτῆς ἡμέραν αὖθις

1 οὐιτέλιον A, et sic ubique. PW v. 1 3 8 λ, in sequentibus λλ. 14 καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν αὐτῷ ἀνήκουσαν εἶχεν ὡς ἀρχιερεῖ A. 22 ἀπεδίδοτο A Iosephus, ἐπεδίδοτο PW.

cipuos interfecit. Samaritani vero Vitellium Syriae praetorem conveniunt, Pilatum ob popularium suorum caedem accusantes. is Marcello Iudaeis praeposito, Romam ire Pilatum iubet ad causam apud Caesarem dicendam. abit ille cum decennium Iudaeis praefuisset: sed antequam Romae appropinquaret, Tiberius iam obierat.

Vitellius vero in festo paschatis Hierosolymis magnifice exceptus, vectigalia frugum Hierosolymitanis remisit, et stolam pontificis in templo reponi ac penes sacerdotes esse, ut olim, passus est, cum ea tempestate in Antonia servaretur. nam primus Hyrcanus pontifex proxime templum aedificavit turrim, in qua vitam egit, stolamque pontificiam, ut quae ad se ex officio pertineret, asservavit. idem etiam eius successores imitati sunt. Herodes turrim illam magnificentius adornatam de Antonii amici nomine appellavit, et stolam ibi repertam in ea detinuit. idem Archelaus fecit: idem Romani illum secuti de stola statuerunt, quae illic sub sigillis sacerdotum et gazae custodum reponebatur. eam igitur, cum in festivitatibus pontifici restitueretur, et post unum

Digitized by Google

ἐκεῖ ἀπετίθετο. Οὐιτέλλιος δὲ παραχωρεῖ τῆς στολῆς τῷ ἔθνει. τὸν δὲ ἀρχιερέα Ἰωσὴφ τὸν καὶ Καϊάφαν ἀφῃρηκὼς τὴν ἱερωσύνην, Ἰωνάθῃ δίδωσι ταύτην τῷ Ἄννα τοῦ ἀρχιερέως υἱῷ.

W I 193 Κατ' ἐντολὰς δὲ Τιβερίου σπένδεται Οὐιτέλλιος Ἀρταβάνῳ B τῷ Πάρθων βασιλεῖ, πέμψαντι τὸν υἱὸν Δαρεῖον μετὰ δώρων πολλῶν ὁμηρεύσοντα. παρὼν δ' ἐν ταῖς σπονδαῖς καὶ ὁ τετράρχης Ἡρώδης ἐκπέμπει πρὸς Καίσαρα παραχρῆμα γράψας τὰ γεγονότα. εἶτα τοῦ Οὐιτελλίου περὶ τούτων ἐπιστείλαντος Τιβερίῳ, ἐκεῖνος ἀντέγραψε μαθεῖν πάντα παρὰ Ἡρώδου. τοῦτο εἰς ὀργὴν τὸν Οὐιτέλλιον κατὰ τοῦ Ἡρώδου κεκίνηκεν· ἐβυσσοδόμευε δὲ τὸν θυμόν, καὶ μετῆλθεν αὐτὸν Γαΐου κρατήσαντος.

6. Τότε καὶ Φίλιππος Ἡρώδου τούτου ὢν ἀδελφὸς τετελεύτηκεν, εἰκοστῷ ἐνιαυτῷ τῆς Τιβερίου ἀρχῆς, ἄρξας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη. ἦν δὲ τὸν τρόπον ἀπράγμων καὶ μέτριος τοῖς C ἀρχομένοις, προόδους σὺν ὀλίγοις τῶν ἐπιλέκτων ποιούμενος· καὶ εἴ τις προϊόντι προσῄει δεόμενος βοηθείας, εὐθὺς αὐτῷ κατὰ τὸν τόπον τοῦ θρόνου τιθεμένου (εἵποντο γὰρ οἱ τοῦτον φέροντες) καθήμενος ἠκροᾶτο καὶ ἐποινηλάτει τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοὺς ἀδίκως αἰτιωμένους ἀπέλυε. τὴν δὲ ἀρχὴν ὁ Τιβέριος (παῖδες γὰρ Φιλίππῳ οὐκ ἦσαν) τῇ τῶν Σύρων ἐπαρχίᾳ προσέθετο.

6 ὁμηρεύσαντα A. 14 τοῖς ἀρχομένοις καὶ μέτριος A. 16 προϊόντι εἴ τις προσῄει A.

FONTES. *Cap.* 6. *Iosephi Ant.* 18 4 § 6 — 5 § 3.

festi diem ibidem reponeretur, Vitellius populo concessit. Iosepho vero, qui et Caiaphas, pontificatum ademptum Ionathae dedit, pontificis Annae filio.

Iussu Tiberii Vitellius cum Artabano Parthorum rege pacem fecit, qui Darium filium cum multis muneribus obsidem miserat. ei pacificationi Herodes quoque tetrarcha interfuit, et ad Caesarem quae acta essent continuo scripsit. quae cum post Vitellius quoque per litteras exposuisset, Caesar ei rescripsit se ex Herode cognovisse omnia. ea re Vitellius contra Herodem irritatus clam iram aluit, eumque Gaio demum imperante ultus est.

6. Tunc Philippus quoque huius Herodis frater diem suum obiit vigesimo imperii Tiberii anno, cum annis 37 rerum potitus esset, vir quieti ingenii, moderatus erga subditos, cum paucis delectis in publicum prodire solitus: quod si quis inter eundum opem eius implorasset, statim eo ipso in loco sella posita (nam qui eam ferrent sequebantur) audiebat, iniurios poenis afficiebat, iniquis criminibus circumventos absolvebat. dicionem eius, quia liberis orbus decesserat, Tiberius provinciae Syriae adiecit.

Digitized by Google

Ἡρώδης δὲ ὁ τετράρχης ἐπὶ Ῥώμην στελλόμενος κατέλυσεν ἐν Ἡρώδου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃν ἡ τοῦ Σίμωνος τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ τῷ βασιλεῖ Ἡρώδῃ ἐγείνατο. ἐρασθεὶς δὲ Ἡρωδιάδος τῆς τοῦ ἀδελφοῦ γυναικός, θυγατρὸς Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν, ἀδελφῆς δὲ τοῦ μεγάλου Ἀγρίππα, λόγους περὶ D γάμων πρὸς αὐτὴν ἐποιήσατο. καὶ δεξαμένη συνέθετο μετοικίσασθαι πρὸς αὐτόν, εἰ τὴν Ἀρέτα θυγατέρα ἐκβάλοι. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ Ῥώμην ἔπλει ἐπὶ τοιαύταις συνθήκαις· ὡς δ' ἐπανῆλθε, γνοῦσα ἡ γυνὴ αὐτοῦ, τοῦ δὲ Ἀρέτα θυγάτηρ, τὰς πρὸς Ἡρωδιάδα συνθήκας, ᾔτει πρὸς Μαχαιροῦντα πεμφθῆναι τὸ φρούριον· μεθόριον δὲ τοῦτο ἦν τῆς Ἀρέτα καὶ τῆς Ἡρώδου ἀρχῆς. καὶ ὁ Ἡρώδης ἐξέπεμψε, μὴ γινώσκων ὅ τι ἐστὶν αὐτῇ τὸ βουλευόμενον· ἡ δὲ ἐκεῖθεν πρὸς Ἀραβίαν πρὸς τὸν πατέρα ἐξώρμησε, καὶ τὴν Ἡρώδου διηγεῖτο γνώμην περὶ αὐτήν. κἀκεῖνος P I 271 ἔσχε τοῦτο ἔχθρας ὑπόθεσιν· καὶ μάχη μέσον ἀμφοῖν συγκεκρότητο διὰ στρατηγῶν, καὶ οἱ Ἡρώδου ἡττήθησαν καὶ ἅπαν τὸ ἐκείνου στράτευμα πέπτωκε. ταῦτα διὰ γραφῆς Ἡρώδης μηνύει τῷ Τιβερίῳ· ὁ δὲ γράφει πρὸς Οὐιτέλλιον, πόλεμον πρὸς Ἀρέταν ποιήσασθαι καὶ ἢ ζωγρηθέντα δέσμιον ἀναπέμψαι εἰς Ῥώμην ἢ ἀνῃρημένου στεῖλαι τὴν κεφαλήν.

Τισὶ δὲ ὑπὸ θεοῦ τὴν Ἡρώδου στρατιὰν ὀλέσθαι ἐδόκει, δίκας τιννύντος διὰ τὸν φόνον τοῦ προφήτου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου. ταῦτα γὰρ καὶ περὶ τούτου κατὰ λέξιν ὁ Ἰώσηπος

1 ὁ add A Iosephus. 6 μετοικίσασθαι Iosephus, μετοικήσασθαι PW. 23 Ἰώσηπος] Ant. 18 5 § 2. pauca differunt.

Herodes vero tetrarcha Romam proficiscens apud Herodem fratrem ex Simonis pontificis filia Herodi regi natum divertit; atque amore captus Herodiadis quam frater in matrimonio habebat, Aristobulo fratre ipsorum natam et magni Agrippae sororem, de coniugio mulierem appellavit. illa vero se ad illum transituram pollicita est, si Aretae filiam repudiasset. ea pactione inita Romam ille proficiscitur: unde cum rediisset, uxor eius Aretae filia, re illa comperta, se Machaeruntem (id castellum fuit in confinio dicionis Herodis et Aretae) mitti petiit. annuit Herodes, ignarus quid consilii mulier cepisset. illa vero inde in Arabiam ad patrem properavit, eique quid Herodes de se animo agitaret exposuit. unde Aretas inimicitiarum occasionem arripuit. pugna per utriusque duces commissa Herodiani victi sunt et omnis eius exercitus caesus. quae cum Herodes Tiberio per litteras significasset, ille Vitellio scribit ut Aretae bellum inferat, et aut viventem in vinculis aut interfecti caput Romam mittat.

Quidam credidere Herodis exercitum ira numinis interiisse ob caedem prophetae et baptistae Ioannis. de quo Iosephus his verbis

Digitized by Google

B ἔγραψε. "κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοὺς Ἰουδαίους κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦντας καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ τὰ πρὸς θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένους βαπτισμῷ συνιέναι· οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν αὐτῷ φανεῖσθαι ἀποδεκτήν. δείσας δὲ Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσοῦτον πιθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις μὴ ἐπὶ στάσει φέροι τινί (πάντα γὰρ ἐῴκασι συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες) πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται, πρίν τι νεώτερον ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι, προλαβὼν ἀνελεῖν, τοῦ μεταβολῆς γενομένης μὴ εἰς πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τοῦ Ἡρώδου δέσμιος εἰς Μαχαιροῦντα πεμφθεὶς ταύτῃ κτίννυται, τοῖς δὲ
C Ἰουδαίοις δόξαν ἐπὶ τιμωρίᾳ τῇ ἐκείνου τὸν ὄλεθρον τοῦ στρατοῦ γενέσθαι, τοῦ θεοῦ κακῶσαι Ἡρώδην θέλοντος."

Οὐιτέλλιος δὲ πρὸς Ἀρέταν πολεμήσων ἠπείγετο. ὡρμημένῳ δὲ διὰ τῆς Ἰουδαίων διέρχεσθαι παρῃτοῦντο οἱ πρῶτοι αὐτῶν τὴν διὰ τῆς χώρας ὁδόν· οὐ γὰρ πάτριον εἶναι αὐτοῖς εἰκόνας φέρεσθαι διὰ τῆς χώρας αὐτῶν, πολλὰς δ' ἐπικεῖσθαι ταῖς σημαίαις εἰκόνας. πεισθεὶς οὖν διὰ τοῦ μεγάλου πεδίου διεβίβαζε τὸ στρατόπεδον, αὐτὸς δὲ μετὰ Ἡρώδου εἰς Ἱεροσόλυμα
W I 194 ἀνῄει θύσων τῷ θεῷ. καὶ τρεῖς ἐπιμείνας ἡμέρας ἐκεῖ, Ἰωνάθην μὲν τῆς ἀρχιερωσύνης μεθίστησι, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ Θεόφιλον ἐγκαθίστησιν εἰς αὐτήν. τῇ τετάρτῃ δὲ γραμμάτων

2 τὰ] τῇ, omisso sequenti τὰ, Iosephus. 4 φανεῖσθαι] γενέσθαι A. 6 φέρον A. ἐῴκασι] sic PW pro ἐῴκεσαν: ἐοίκασι A et aliquot Iosephi codices. 7 πράξαντες A. 10 δέσμιος A Iosephus, δέσμοις PW. 11 δόξα A Iosephi codex Busbequianus. 18 εἰς τὰ ἱερ. A.

scribit. "hunc Herodes interfecit, virum bonum, qui Iudaeos virtutem colere atque inter sese iustitiae et religioni erga deum dare operam iussit, ac sic ad baptismum accedere: tum demum futurum acceptum. Herodes autem veritus ne tanta eius in vulgus auctoritas ad seditionem spectaret, quod nihil non eo mandante facturum videretur, consultius esse duxit eum antequam res novas moliretur e medio tollere, ne sese mutatione facta negotiis et molestiis conflictantem tarditatis suae paeniteret. sic ex Herodis suspicione Machaeruntem missus Ioannes occiditur: Iudaei vero credidere in ultionem necis eius exercitum periisse, deo in Herodem animadvertente."

Caeterum Vitellius bellum Aretae illaturus cum Iudaeam pertransire vellet, a Iudaeorum proceribus, ne per eam iret, quod in vexillis multas haberet imagines, quas per suam regionem ferri patria lege nefas esset, exoratus, copias per magnam planitiem traduxit: ipse cum Herode Hierosolyma adscendit ut sacrificaret deo. ibi triduo exacto Ionatham pontificatu movet et fratrem eius Theophilum in eo collocat:

Digitized by Google

αὐτῷ κομισθέντων περὶ τῆς Τιβερίου τελευτῆς, ὥρκισε τὸ πλῆ- D
θος εὐνοεῖν τῷ Γαΐῳ, ἀνεκάλει δὲ καὶ τὸ στράτευμα. λέγεται
δὲ καὶ τὸν Ἀρέταν οἰωνοσκοπησάμενον φάναι ἀμήχανον εἶναι
τῷ στρατῷ πολεμῆσαι· τεθνήξεσθαι γὰρ τῶν ἡγεμόνων ἢ τὸν
κελεύσαντα πολεμεῖν ἢ τὸν κελευσθέντα ἢ καθ᾽ οὗ τὸ κέλευσμα
γέγονε.

7. Καὶ Οὐιτέλλιος μὲν εἰς Ἀντιόχειαν ἀνεχώρησεν,
Ἀγρίππας δὲ ὁ Ἀριστοβούλου υἱὸς ἐπὶ Ῥώμης ἔτυχεν ὢν τοῦ
Τιβερίου θνήσκοντος. οὗτος γὰρ πρὸ μικροῦ τῆς Ἡρώδου τοῦ
μεγάλου τοῦ πάππου αὐτοῦ τελευτῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ τρεφόμενος,
συνήθης ἐγένετο Δρούσῳ τῷ Τιβερίου υἱῷ, καὶ Ἀντωνίᾳ τῇ P I 272
Δρούσου τοῦ μεγάλου γυναικὶ γνωστὸς γέγονε, Βερνίκης τῆς
αὐτοῦ μητρὸς τιμωμένης παρ᾽ αὐτῆς. μεγαλοπρεπὴς δὲ ὢν
Ἀγρίππας καὶ δωρεῖσθαι πολυτελής, τῆς μητρὸς αὐτοῦ θανού-
σης τὰ μὲν τῶν χρημάτων εἰς ἑαυτὸν ἀνάλωσε πολυτελῶς διαι-
τώμενος, τὰ δὲ εἰς δωρεάς, τὰ πλείω δ᾽ εἰς τοὺς ἀπελευθέρους
τοῦ Καίσαρος. καὶ ταχὺ ἐν ἐνδείᾳ ἐγένετο. θανόντος δὲ τοῦ
υἱοῦ Τιβερίου, ἀπείρηκεν εἰς ὄψιν αὐτοῦ φοιτᾶν τοὺς συνήθεις
τοὺς τοῦ παιδός, ἵνα μὴ δι᾽ αὐτῶν εἰς ἀνάμνησιν ἐκείνου ἰὼν εἰς
λύπην ἀνερεθίζηται. διά τε γοῦν τοῦτο καὶ ὅτι χρημάτων ἠπό-
ρησεν εἰς Ἰουδαίαν κακοπραγῶν ἐπανῆλθεν. ἀποτῖσαι δὲ καὶ
τοῖς δανεισταῖς τὰς ὀφειλὰς βιαζόμενος πολλοῖς οὖσι, καὶ μὴ B

8 ῥώμην A. 11 ἀντωνίνα A. 18 post εἰς P add ἐκεῖνος, om AW. 21 ἐπανῆλθε κακοπραγῶν A.

Fontes. *Cap.* 7. *Iosephi Ant.* 18 5 § 3—6 § 5.

quarto vero die litteris de obitu Tiberii acceptis, populo iureiurando adacto ut Gaio faveret, exercitum revocavit. ferunt Aretam quoque consultis auguriis dixisse non posse exercitum illum bellum gerere: brevi enim moriturum esse ducem vel qui iussisset vel qui iussus esset vel eum contra quem iussa esset expeditio.

7. Ac Vitellius Antiochiam recessit: Agrippa vero Aristobuli filius moriente Tiberio Romae vivebat. ubi cum paulo ante obitum magni Herodis avi sui educaretur, in familiaritatem Drusi, Tiberii filii, atque Antoniae Drusi maioris uxoris notitiam pervenerat, ob honorem matris suae Berenices. et quia magnificus atque munificentissimus erat, defuncta matre, pecunia partim in semetipsum (nam sumptuose vivebat) partim in donationes, maiori tamen ex parte in Caesaris libertos insumpta, celeriter ad egestatem est redactus. mortuo vero filio Tiberii, is edixit ne pueri familiares in conspectum suum venirent, ne per illos renovata defuncti memoria luctus suus redintegraretur. Agrippa igitur cum ea de causa tum ob pecuniae inopiam afflictus in Iudaeam rediit. et cum a multis creditoribus aes alienum repetentibus nummis omnino

Digitized by Google

ἔχων, εἰς ἔννοιαν ἦλθεν αὐτοχειρίας. συνῆκε δὲ τὸ ἐννόημα ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κύπρος, ἣ θυγάτηρ ἦν Φασαήλου τοῦ ἀδελφόπαιδος τοῦ βασιλέως Ἡρώδου, ἐκ Σαλαμψιοῦς αὐτῷ γεννηθεῖσα τῆς Ἡρώδου θυγατρός, ἣν ἔσχεν ἐκ Μαριὰμ τῆς ὑπ' ἐκείνου ἀνῃρημένης, ὡς δεδιήγηται. αὕτη γοῦν ἡ Κύπρος συνοικοῦσα τῷ Ἀγρίππᾳ, καὶ αἰσθομένη τὸ βούλευμα, ἀπεῖργε τοῦτον αὐτοῦ, διαπέμπεται δὲ πρὸς Ἡρωδιάδα τὴν τῷ τετράρχῃ συνοικοῦσαν Ἡρώδῃ, Ἀγρίππα τυγχάνουσαν ἀδελφήν, δηλοῦσα τὴν ἔννοιαν τοῦ συγγόνου, καὶ βοηθεῖν ἀξιοῦσα καὶ τὸν οἰκεῖον ἄνδρα πρὸς ἐπικουρίαν παρακαλεῖν. οἱ δὲ μετεπέμψαντό τε αὐτὸν καὶ οἰκητήριον τὴν Τιβεριάδα δεδώκασι, καί τι καὶ ἀργύριον ἀπέταξαν
C αὐτῷ εἰς τὴν δίαιταν. μετὰ καιρὸν δὲ διαφορᾶς γενομένης Ἡρώδῃ τε καὶ Ἀγρίππᾳ, πρὸς Φλάκκον Συρίας ἡγούμενον ὁ Ἀγρίππας μεθίσταται, φιλίως ἐκ Ῥώμης πρὸς αὐτὸν διακείμενον, κἀκεῖ διέτριβε δεξαμένου τοῦ Φλάκκου. ὢν δὲ ἐκεῖ καὶ ὁ Ἀγρίππου ἀδελφὸς Ἀριστόβουλος, διαφερόμενός τε τῷ ἀδελφῷ, διαβολαῖς αὐτὸν πρὸς τὸν Φλάκκον ἐξεπολέμωσε· καὶ ἐξωθεῖται ἐκεῖθεν Ἀγρίππας. ὁ δὲ εἰς ἐσχάτην περιστὰς ἀπορίαν εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεῖν ἐβούλετο, καὶ ἠξίου Μαρσύαν αὐτοῦ ἀπελεύθερον χρήματά οἱ πορίσαι ποθὲν δανεισάμενον. ἐκεῖνος δὲ Πέτρῳ πρόσεισιν ἀπελευθέρῳ Βερνίκης τῆς Ἀγρίππου μητρός, καὶ ὁ
D Πέτρος συμβόλαιον ἔλεγε ποιησάμενον δύο μυριάδων Ἀτθίδων λαβεῖν τὰς μυριάδας πεντακοσίαις καὶ δισχιλίαις ἐλασσουμένας. καὶ ὁ Ἀγρίππας συνέθετο, καὶ λαβὼν τὸ δάνεισμα ἀποπλεῖν

2 Φασαήλου om A. 8 Ἀγρίππᾳ PW. 16 ἀγρίππα A ut supra. 17 τὸν add A. 21 ἀγρίππα A. 22 δύω PW. 23 χιλίαις A et codex Iosephi Busbequianus.

destitutus urgeretur, de manibus sibi afferendis cogitavit. id eius consilium uxor Cyprus animadvertit, Phasaeli filia, Herodis regis ex fratre nepotis, nata ex Salampsione Herodis filia, quam ex Mariamme ab ipso, ut expositum est, occisa susceperat. haec igitur Cyprus mariti conatu inhibito Herodiadi Herodi tetrarchae nuptae, Agrippae sorori, fratris institutum nuntiat, petens ut adiuvet maritumque ad opem ferendam exhortetur. illi vero ei Tiberiadem habitandam tradiderunt, assignata etiam pecunia unde viveret. aliquanto post Agrippa controversia inter ipsum et Herodem orta ad Flaccum Syriae praetorem migrat, a quo ob familiaritatem Romae contractam amice est susceptus. sed per fratris Aristobuli, a quo dissidebat, calumnias Flacci inimicitiis susceptis, inde eiectus et ad extremam inopiam redactus in Italiam navigare statuit, ac Marsyam libertum alicunde mutuam sumere pecuniam iussit. is Petrum Berenices Agrippae matris libertum adit, a quo Agrippa syngrapha data de 20 milibus Atticarum drachmarum, bis mile et 500 mi-

ἔμελλεν. Ἑρρένιος δὲ Καπίτων Ἰαμνείας ἐπίτροπος τριάκοντα μυριάδας ἀργυρίου ὀφειλομένας τῷ Καίσαρι ἔπραττεν ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο μένειν ἐκέλευεν. Ἀγρίππας δὲ προσποιησάμενος πείθεσθαι, νυκτὸς ᾤχετο. καὶ καταπλεύσας εἰς Ἀλεξάνδρειαν, Ἀλεξάνδρου δεῖται τοῦ ἀλαβάρχου μυριάδας εἴκοσι δάνειον αὐτῷ παρασχεῖν. ὁ δ᾽ ἐκείνῳ μὲν οὐκ ἂν ἔφη παρασχεῖν, Κύπρῳ δὲ τῇ αὐτοῦ γυναικὶ παρεῖχε διά τε τὴν φιλανδρίαν αὐτῆς καὶ τὴν λοιπὴν ἀρετήν. δεξαμένης δὲ τὸ δάνειον ἐκείνης ὁ μὲν Ἀγρίππας (P I 273) εἰς Ἰταλίαν ἀπέπλευσε, Κύπρος δὲ μετὰ τῶν τέκνων εἰς Ἰου- (W I 195) δαίαν ἀνέζευξε. καὶ Καίσαρι Τιβερίῳ προσελθὼν φιλανθρώπως ἐδέχθη. γραφῆς δὲ τοῦ Καπίτωνος Ἑρρενίου κομισθείσης τῷ Καίσαρι ὡς ἀπέδρα Ἀγρίππας τριάκοντα μυριάδας πραττόμενος δάνειον, ὠργίσθη, καὶ μὴ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν εἴσοδον ἄχρι δὴ τὸ χρέος καταβαλεῖ. ὁ δὲ δανεισάμενος ἀπέδοτο τὸ ὀφείλημα, καὶ αὖθις εἰσῄει πρὸς τὸν Τιβέριον. καὶ ὁ Καῖσαρ ἐκέλευεν αὐτὸν τῷ υἱωνῷ αὐτοῦ παρατυγχάνειν καὶ θεραπεύειν αὐτόν. Ἀγρίππας δὲ πρὸς Γάϊον μᾶλλον ἀπένευεν, (B) Ἀντωνίας τυγχάνοντα υἱωνὸν τῆς Γερμανικοῦ μητρὸς καὶ Κλαυδίου τοῦ μετὰ Γάϊον μοναρχήσαντος. τοῦτον θεραπεύων πεφίλητο ὑπ᾽ αὐτοῦ. καί ποτε συμπροϊοῦσιν ἀμφοῖν περὶ Τιβερίου λόγος ἐγένετο. καὶ ὁ Ἀγρίππας θεοκλυτῶν τάχος ὑπεκστῆναι Τιβέριον τῆς ἀρχῆς Γαΐῳ ἐπηύχετο. Εὔτυχος δὲ ἀπελεύθερος

2 ἀπ᾽ AW, ἐπ᾽ P. 5 μυριάδας A, μυριάδα PW. 8 δ᾽ ἐκείνης τὸ δάνειον A. 11 τοῦ om A. 15 ὄφλημα A. 16 ἐκέλευε, omisso αὐτὸν, A. 18 ἀντωνίνας A. "τῆς Γερμανικοῦ μητρὸς] Colb. Γερμ. υἱοῦ" Ducangius. 21 ὁ om A.

nus acceptis, navigaturus ab Herennio Capitone Iamneae procuratore manere iubetur, dum 300 milia argenti, quae Caesari deberet, solveret. ille se obtemperaturum simulans noctu solvit: et Alexandriam profectus ab Alexandro alabarcha 200 milia mutuo petit. qui illo repudiato eam pecuniam Cypro eius uxori cum propter coniugalem amorem tum ob caeteras eius virtutes dedit. qua accepta Agrippa in Italiam profectus, Cypro cum suis liberis in Iudaeam reversa, a Caesare humaniter excipitur. sed Capitonis Herennii litteris allatis ut fugam cepisset cum 300 milia aeris alieni ab eo poscerentur, Caesar iratus non prius ei aditum ad se permitti iussit quam eam pecuniam numerasset. qua mutuo sumpta et dissoluta, rursus Tiberii aulam frequentavit. sed a Caesare se ad suum nepotem conferre eumque colere iussus, magis erga Gaium propensus fuit Antoniae nepotem, Germanici et Claudii, qui post Gaium imperavit, matris: et observantia sua Gaii erga se amorem emeruit. cum autem aliquando inter prodeundum Tiberii mentio incidisset, atque Agrippa deo invocato optasset ut Tiberius Gaio quam primum

Digitized by Google

Ἀγρίππου τῶν λόγων ἀκροασάμενος Καίσαρι πρόσεισιν ὡς δή τι λέξων αὐτῷ σωτήριον. ὁ δὲ βραδὺς εἰς πάντα γενόμενος, καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ τι προσαγγελλόντων κατεφρόνει. οὔτε γὰρ πρέσβεσι τάχιστα ἐχρημάτιζε, λέγων, ἵνα μὴ ἐπανιόντων συν- C τόμως προσίοιεν ἕτεροι, καὶ ὄχλος αὐτῷ γίνοιτο, οὔτε μὴν ἡγεμόσι καὶ ἐπιτρόποις παρ᾽ αὐτοῦ σταλεῖσι διαδόχους ἀντικαθίστα, εἰ μὴ φθάσαιεν τελευτήσαντες. τοῦτο δὲ ποιεῖν ἔφασκε προμηθείᾳ τῶν ὑπηκόων, ἵνα αὐτάρκως τῷ χρόνῳ σχόντες κερδῶν ἀμβλύτεροι πρὸς ἀδικήματα εἶεν. παράδειγμά τε τραυματίαν πεποίητο ᾧ μυῖαι περιεκάθηντο τὰς πληγάς, καί τις οἰκτείρων αὐτὸν ἀποσοβεῖν αὐτὰς ἐπεχείρει, ἀποτρέψαντος δὲ ἐκείνου ἤρετο τὴν αἰτίαν ὁ διώκειν τὰς μυίας πειρώμενος, ὁ δέ γε τραυματίας "αὗται μέν" ἀπεκρίνατο "τοῦ αἵματος ἐμπλησθεῖσαι οὐ πάνυ μοι δι᾽ ὄχλου εἰσίν, εἰ δ᾽ ἀποσοβηθεῖεν αὗται, ἥξουσι νεαλεῖς καὶ D λιμώττουσαι μᾶλλόν με ὀδυνήσουσι." τῆς δὲ πρὸς ταῦτα βραδύτητος τοῦ Τιβερίου καὶ τόδε μαρτύριον, ὅτι δύο καὶ εἴκοσιν ἀνύσας ἐπὶ τῇ αὐταρχίᾳ ἐνιαυτούς, δύο τοῖς Ἰουδαίοις ἐξέπεμψεν ἄρξοντας τοῦ ἔθνους αὐτῶν, Γράτον τε καὶ Πιλάτον. τοιοῦτος οὖν τυγχάνων ἐν ἅπασιν, οὐδὲ τὸν Εὔτυχον ἠξίου ἀκροάσεως.

8. Ἀγρίππας δὲ τὴν Ἀντωνίαν ἱκέτευε παρασκευάσαι τὸν Καίσαρα ἀκροάσασθαι τοῦ Εὐτύχου. ἡ δ᾽ Ἀντωνία διὰ τιμῆς ἦν Τιβερίῳ καὶ ὡς γαμετὴ γενομένη Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ

1 τὸν λέγον A. 5 γίνοιτο A Iosephus, γένοιτο PW. 12 ἀποδιώκειν A. 17 ἐπὶ τῆς αὐταρχίας ἀνύσας A. δύο PW. 20 ἀντωνίναν A.

Fontes. *Cap.* 8. *Iosephi Ant.* 18 6 § 6 — § 10.

imperio cederet, Eutychus libertus iis Agrippae verbis auditis Caesarem adiit, ut nuntiaturus aliquid quod ad salutem eius pertineret. ille vero ut lentus erat in rebus omnibus, eos etiam despiciebat qui aliquid quod ipsius interesset nuntiabant. neque etiam legatis celeriter respondebat, ne eis cito digressis alii sibi negotium facesserent; neque ducibus et procuratoribus a se missis successores dabat, nisi illi decessissent. idque se propter subditorum commodum facere dicebat, ut diuturnitate temporis expleta avaritia ad iniurias tardiores essent. ac vulnerati exemplo utebatur, qui, cum quidam misericordia motus ei muscas ictus circumsidentes abigere vellet, id prohibuerit, causamque rogatus dixerit, eas sanguine plenas non adeo sibi molestas esse: quae si abigantur, venturas recentes et famelicas, gravius afflicturas. ac tarditatis eius in hoc genere illud argumentum est, quod annos 22 rerum potitus, in Iudaeam duos duntaxat praesides misit, Gratum et Pilatum. talem igitur in rebus omnibus se praebens nec Eutychum audire voluit.

8. Agrippa vero Antoniam oravit ut efficeret ut Eutychus a Caesare audiretur. Tiberius enim eam cum ut Drusi fratris coniugem

Digitized by Google

καὶ διὰ τὸ σῶφρον ὡς μάλιστα. νέα γὰρ χηρεύσασα τῇ χηρείᾳ
παρέμεινε καὶ γάμον ἀπείπατο δεύτερον, καίπερ τοῦ αὐτοκράτορος P I 274
αὐτὸν ἐπιτρέποντος, καὶ οὕτω τὸν βίον διήνυσεν ὡς καὶ λοιδο-
ριῶν ἀνωτέρα γενέσθαι. διὰ δὴ ταῦτα τῷ Τιβερίῳ τετίμητο καὶ
ὅτι καὶ εὐεργέτις αὐτῷ γέγονεν, ἐπιβουλὴν παρὰ πολλῶν καὶ δυ-
νατῶν συστᾶσαν μηνύσασα. ὑπὸ ταύτης οὖν ἀξιούμενος ἐξετάσαι
τὸν Εὔτυχον, ἔφη "ἴστωσαν οἱ θεοί, Ἀντωνία, ὅτι οὐ κατὰ γνώ-
μην ἐμὴν τὰ πραχθησόμενα ἔσονται, ἐκ δέ γε σῆς παρακλήσεως."
καὶ τὸν Εὔτυχον ἀχθῆναι κελεύει. καὶ παραστὰς ἔλεγεν ὡς
"Γάϊός τε καὶ Ἀγρίππας, ὦ δέσποτα, συνωμίλουν, καὶ Ἀγρίππας
ἔφη, εἰ γὰρ ἀφίκοιτό ποτε ἡμέρα ᾗ μεταστὰς οὗτος ὁ γέρων χει- B
ροτονοίη σε ἡγεμόνα τῆς οἰκουμένης· οὐδὲν γὰρ ἔσται ἡμῖν ἐμπο-
δὼν Τιβέριος ὁ αὐτοῦ υἱωνός, ὑπὸ σοῦ τελευτῶν. καὶ ἥ τε οἰ-
κουμένη γένοιτ' ἂν μακαρία, καὶ πρὸ ταύτης ἐγώ." Τιβερίῳ
δὲ οἱ λόγοι ἥγηντο ἀληθεῖς· ἅμα δὲ καὶ μῆνιν Ἀγρίππᾳ τηρῶν
ὅτι μὴ τὸν υἱωνὸν αὐτοῦ θεραπεύειν εἵλετο, ὅλος δὲ μετέπεσε
πρὸς τὸν Γάϊον, ἑνὶ τῶν παρεστηκότων δῆσαι αὐτὸν ἐκέλευσε.
καὶ ἤγετο δέσμιος ἐν πορφυρίσιν ὢν ἔτι, καὶ πρὸ τοῦ βασιλείου W I 196
εἱστήκει δένδρῳ ὑπ' ἀθυμίας ἐπικλιθείς. ἦσαν δ' ἐκεῖ καὶ ἕτεροι
ἐν δεσμοῖς. καὶ ὀρνέου πρὸς τὸ δένδρον ἐκεῖνο καταπταμένου C
(βουβῶνα τὸν ὄρνιν Ῥωμαῖοι καλοῦσι) τῶν δεσμωτῶν τις θεα-
σάμενος ἤρετο τὸν αὐτὸν τηροῦντα στρατιώτην ὅστις εἴη ὁ ἐν τῇ

2 *ἀπείπατο* A, *ἀπώσατο* PW: Iosephus *γάμῳ ἀπεῖπε*. 3 *αὐτὴν* A. 4 *ἀνωτέρω* A. *δὴ* A, *δὲ* PW. 5 *αὐτοῦ* A. 7 *ἀντωνίνα* A. 11 *εἰ* A Iosephus, *εἴθε* W, *εἴτε* P. 21 *Βούβονα* PW, quae p. 504 v. 1 *βουβῶνα* cum Iosepho.

tum ob pudicitiam maxime honorabat. nam cum maritum adolescentula amisisset, vidua mansit, repudiatis secundis nuptiis, quanquam ad eas hortante Caesare; itaque vitam exegit ut omni probro superior esset. erat igitur in honore apud Tiberium tum ob haec, tum ob beneficium indicatae multorum potentum conspirationis. hac rogante ut Eutychum examinaret, "testor deos" inquit Tiberius, "Antonia, ea quae fient non ex animi mei sententia futura esse sed propter preces tuas." et Eutychum adduci iubet. is dixit "Agrippa, o domine, in colloquio cum Gaio dixit, utinam tandem veniat dies qua senex iste decedens te principem orbis terrarum designet. nam Tiberius eius nepos impedimento nobis haud fuerit, si a te tollatur. tum et orbis terrarum floreret, atque ego in primis." ea verba Tiberio vera esse visa; simul etiam Agrippae succensebat quod nepotem ipsius colere noluisset et totus se ad Gaium contulisset: eumque a quodam adstante vinciri iussit. sic ille purpuratus adhuc vinctus abducitur. et dum ante regiam adstat ad arborem, ubi etiam alii vincti erant, prae animi aegritudine inclinatus, bubo in eam devolat. quo captivorum quidam conspecto, militem Agrippae cu-

Digitized by Google

πορφυρίδι· καὶ μαθὼν ἠξίωσε τὸν συνδεδεμένον αὐτῷ στρατιώτην πλησίον ἐλθεῖν. καὶ τυχὼν "ὦ νεανία" φησίν, "ἀπαλλαγήν τέ σοι τῶν δεσμῶν ταχίστην εὐαγγελίζομαι καὶ προκοπὴν ἐπὶ μήκιστον ἀξιώματος καὶ δυνάμεως, καὶ ὡς ζηλωτὸς ἔσῃ τοῖς ἄρτι οἰκτιζομένοις σε, καὶ ἐν εὐδαιμονίᾳ τελευτήσεις, παισὶ τὸν ὄλβον λιπών. ὅτε δ' εἰσαῦθις τὸν ὄρνιν τοῦτον θεάσαιο, ἴσθι σου τηνικαῦτα μετὰ πέντε ἡμέρας ἐσομένην τὴν τελευτήν. εὐδαιμο-
D νήσας μέντοι κατὰ τὴν ἡμετέραν πρόρρησιν, μνήμην ποιοῦ καὶ ἡμῶν, ὡς διαφευξώμεθα τὴν δυστυχίαν ᾗ τανῦν σύνεσμεν." καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν τότε μὲν γέλωτα ὦφλεν, ὕστερον δ' ἐφάνη θαύματος ἄξιος.

Ἦν οὖν ἐν τοῖς δεσμοῖς ὁ Ἀγρίππας ἐπὶ μῆνας ἕξ. Τιβέριος δὲ μαλακιζόμενος τῆς νόσου κρατωιουμένης Εὔοδον κελεύει, ὃς τῶν ἀπελευθέρων ἦν αὐτῷ τιμιώτατος, τὰ τέκνα προσαγαγεῖν αὐτῷ διαλεξομένῳ σφίσι πρὶν τελευτᾶν. οὐκ ἦσαν δὲ παῖδες αὐτῷ· ὁ γὰρ υἱὸς αὐτοῦ Δροῦσος ἔτυχε τεθνεώς· υἱωνὸς δ' ἐξ ἐκείνου αὐτῷ ἦν Τιβέριος Γέμελλος, καὶ ἀδελφιδοῦς Γάϊος Γερ-
P I 275 μανικοῦ παῖς συγγενὴς ὢν αὐτοῦ, νεανίας ἤδη καὶ παιδείᾳ ἐσχολακὼς καὶ παρὰ τοῦ δήμου φιλούμενος καὶ τιμώμενος διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετήν. κελεύσας οὖν ὁ Τιβέριος ἕωθεν τοὺς παῖδας εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν αὔριον (ἦν δ' αὐτῷ τὸ βουλόμενον τῷ υἱωνῷ μάλιστα καταλιπεῖν τὴν ἀρχήν, τέως δ' οὖν οἰώνισμα ἔθετο εἰς

8 καὶ om A. 15 τελευτῆς A. 16 ἐξ om A. 17 γέμελος A. 18 συγγενὴς ὢν] συγγόνου A et codex Colberteus.

stodem rogat quis ille purpuratus esset: eoque cognito, cum a concaptivo milite ut secum propius ad illum accederet impetrasset, "adolescens" inquit, "nuntio tibi celerem vinculorum liberationem et maximae dignitatis et potentiae adeptionem. felicem ii te praedicabunt qui nunc miserantur: in prosperitate obibis et opes tuis liberis relinques. sed cum istam volucrem denuo videris, te scito quinque diebus post esse moriturum. cum autem, ut nos tibi praedicimus, fortunatus fueris, nostri quoque rationem habeto, ut calamitatem cum qua nunc conflictamur effugiamus." haec ille locutus tum quidem deridebatur, post autem admiratione dignus est habitus.

Agrippa in vinculis fuit ad menses sex. Tiberius autem invalescente morbo debilitatus Evodum libertum, quem maximi faciebat, liberos ad se adducere iussit, ut eos ante obitum alloqueretur. neque vero habebat liberos: nam filius eius Drusus obierat: sed nepotem ex eo habebat Tiberium Gemellum, et nepotem ex fratre Gaium Germanici filium, illius patruelem, qui iam adolescens et disciplinis eruditus a populo et amabatur et colebatur ob patris virtutem. cum autem Tiberius pueros postridie mane ad se adduci iussisset, atque in animo ha-

Digitized by Google

ἐκεῖνον βούλεσθαι τὸ θεῖον περιελθεῖν τὴν ἀρχὴν ὃς ἂν πρὸς αὐτὸν ἀφίκοιτο πρότερος) πέμπει κελεύων τῷ παιδαγωγῷ τοῦ υἱωνοῦ πρωϊαίτερον ἄγειν τὸν παῖδα. καὶ ἤδη γεγονυίας ἡμέρας πέμπει τὸν Εὔοδον εἰσκαλεῖν τὸν παρόντα τῶν παίδων· ἐκεῖνος δὲ τὸν Γάϊον πρὸ τοῦ δωματίου καταλαβὼν εἰσήγαγε πρὸς Τιβέριον. ὁ δὲ τῆς τοῦ θείου δυνάμεως εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν κατωλο- B
φύρατο ὡς ἐπ' ἀπολωλότι τῷ υἱωνῷ. καίπερ δὲ διὰ τοῦτο τεταραγμένος, φησὶ πρὸς τὸν Γάϊον "ὦ παῖ, εἰ καὶ Τιβέριος συγγενέστερός μοί ἐστιν ἢ σύ, ἀλλ' αὐτὸς καὶ κατὰ γνώμην ἐμὴν καὶ κατὰ ψῆφον θεῶν σοὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐγχειρίζω ἀρχήν, καὶ ἀξιῶ μὴ ἀμνημονῆσαι τῆς συγγενείας τῆς πρὸς Τιβέριον, κήδεσθαι δὲ τούτου ὡς συγγενοῦς· οὐ γὰρ ἀτιμώρητα τῇ θείᾳ προνοίᾳ ὅσα παρὰ δίκην πράσσοιτο."

Τιβέριος μὲν οὖν τὸν Γάϊον ἀποδείξας τῆς ἡγεμονίας διάδοχον, ὀλίγας ἐπιβιοὺς ἡμέρας θνήσκει, ἄρξας ἐπὶ ἐνιαυτοῖς εἴκοσι καὶ δυοῖν μῆνας ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἴσας, (9) Γάϊος δὲ C
αὐτοκράτωρ περιελέλειπτο. ἠγγέλλετο δὲ Ῥωμαίοις τοῦ Τιβερίου ἡ ἀποβίωσις· οἱ δὲ ἠπίστουν τῷ λόγῳ ὑπὸ τοῦ πάνυ τὸ πρᾶγμα βούλεσθαι. πλεῖστα γὰρ ἐκεῖνος δεινὰ Ῥωμαίων τοὺς εὐπατρίδας εἰργάσατο, δύσοργος ὢν καὶ θανάτῳ καὶ τὰ κουφότατα τῶν πταισμάτων τιμώμενος.

2 πρότερος A: PW πρότερον. Καὶ. 16 δύο καὶ εἴκοσιν A. μῆνας ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἴσας] haec ex Dione 58 28: Iosephus ἡμέρας τρεῖς καὶ πέντε μῆνας. 19 βουλεύεσθαι A.

Fontes. *Cap.* 9. *Iosephi Ant.* 18 6 § 10—8 § 1.

beret imperium nepoti relinquere, id augurium sibi finxit, deos imperium ei tradituros qui ad se prior accessisset. ac paedagogo nepotis mandavit ut puerum maturius ad se adduceret. cum autem iam diluxisset, Evodum mittit ut puerum qui adsit intro vocet. is Gaium ante conclave inventum ad Tiberium adducit. qui divina potentia considerata nepotem pro perdito deplorat; et quanquam ea re turbatus, tamen Gaio ait "fili, etsi mihi Tiberius genere propior est, ego tamen et meopte iudicio et deorum suffragio Romanum imperium tibi trado: petoque ne eius necessitudinis, qua Tiberio coniunctus es, obliviscaris, sed eius ut cognati rationem habeas. nam divina providentia non inulta ea esse patitur quae praeter ius et aequum fiunt."

Tiberius igitur Gaio principatus successore declarato paucis post diebus obiit, cum regnasset annos 22, menses 7 et dies totidem. (9) Romani prae cupiditate obitum Tiberii credere non potuerunt, qui patricios Romanos plurimis cladibus affecerat, homo iracundus et levissima quaeque delicta capitalibus suppliciis vendicare solitus.

Digitized by Google

Μαρσύας δὲ τοῦ Ἀγρίππου ἀπελεύθερος, πυθόμενος τοῦ
Τιβερίου τὴν τελευτήν, ἔδραμε πρὸς αὐτὸν καὶ Ἑβραΐδι φωνῇ
"τέθνηκεν ὁ λέων" φησίν. ὁ δὲ χάριτας ὡμολόγει αὐτῷ εἰ
κατήγγειλεν ἀληθῆ. καὶ ὁ ἑκατόνταρχος ὁρῶν τὸν Ἀγρίππαν ἐν
χάρματι, ὑπετόπησέ τι γεγονέναι καινόν, καὶ ἤρετο τί ἂν εἴη τὸ
D ἀγγελθέν· καὶ ὁ Ἀγρίππας ἤδη συνήθης γενόμενος τῷ ἀνδρὶ τὸ
ἀπόρρητον ἀνεκάλυψεν· ὁ δὲ ἐκοινοῦτο τὴν ἡδονήν, καὶ προὐ-
τίθει δεῖπνον. εὐωχουμένων δὲ παρῆν τις περιεῖναι λέγων Τιβέ-
W I 197 ριον. καὶ ὁ ἑκατόνταρχος δείσας ὅτι συνδιῃτᾶτο δεσμώτῃ τοῦ
αὐτοκράτορος, κελεύει δῆσαι αὐτόν, λελυκὼς ἤδη. τῇ δ' ὑστε-
ραίᾳ λόγος τε ἦν πλατὺς περὶ τῆς τελευτῆς Τιβερίου, καὶ ἐπι-
στολαὶ παρὰ Γαΐου ἐπέμφθησαν, ἡ μὲν πρὸς τὴν σύγκλητον,
τὸν Τιβερίου θάνατον καταγγέλλουσα καὶ τὴν αὐτοῦ τῆς ἡγε-
μονίας διαδοχήν, ἡ δὲ πρὸς Πείσωνα τὸν τῆς πόλεως φύλακα,
ἐπιτρέπουσα τὸν Ἀγρίππαν ἐκ τοῦ στρατοπέδου μεταγαγεῖν εἰς
P I 276 τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ πρὸ τοῦ δεθῆναι ἦν. Γάϊος δὲ εἰς Ῥώμην τὸν
τοῦ Τιβερίου νεκρὸν ἀγαγὼν καὶ θάψας πολυτελῶς, αὐτίκα λῦ-
σαι τὸν Ἀγρίππαν ἐβούλετο· ἡ δ' Ἀντωνία κεκώλυκεν, οὐ μίσει
τοῦ λυθησομένου, φροντίδι δέ γε τοῦ λύσοντος, ἵνα μὴ δοκῇ τῇ
μεταστάσει τοῦ αὐτοκράτορος ἐφηδόμενος ἐκ τοῦ λῦσαι τὸν ἐκεί-
νου δέσμιον τάχιστα. ἡμερῶν δὲ μετρίων παρελθουσῶν μετα-
πέμπεται τὸν Ἀγρίππαν, κείρει τε τὸ περιττὸν τῆς τριχὸς καὶ

5 ὑπετόπασέ A. 7 ἀπεκάλυψεν A. 16 εἰς] εἰς τὴν A. 17 τοῦ om A. 18 ἠβούλετο A. 19 λύσοντος A, λύσαντος PW. 21 μετρίων A, τριῶν PW: Iosephus οὐ πολλῶν. Ducangius "Ἡμερῶν δὲ τριῶν] ms. μετρίων δὲ."

Marsyas vero Agrippae libertus audita Tiberii morte ad patronum accurrit et Hebraico sermone leonem esse mortuum dixit. ille vero cum gratiam ei se habere diceret si vera nuntiaret, centurio, qui Agrippam laetum videret, suspicatus aliquid accidisse novi, rogat quid nuntiatum sit. is iam viro familiaris factus arcanum detegit: ille vero voluptate cum eo communi fruens cenam ei apponit. dum convivantur, adest qui dicat Tiberium superstitem esse. itaque centurio territus quod captivi imperatorii consuetudine usus esset, hominem de integro vinciri iubet. postridie rumor de Tiberii obitu latius manavit, et epistolae a Gaio missae sunt, ad senatum una Tiberii mortem et suam imperii successionem nuntians, altera ad Pisonem urbis praefectum qua iubebat Agrippam e castris in eas aedes transferri in quibus fuisset antequam vinciretur. Gaius vero Tiberii cadavere Romam perducto et sumptuose sepulto Agrippam statim solvere voluit: sed Antonia prohibuit, non odio solvendi, sed cura soluturi, ne is imperatoris decessu laetari videretur, vincto illius celerrime soluto. sed paucis diebus elapsis Agrippam arcessit, promissiorem capillum tondet, alias vestes

Digitized by Google

μεταμφιέννυσιν, εἶτα καὶ τὸ διάδημα περιτίθησι καὶ βασιλέα τῆς Φιλίππου τετραρχίας καθίστησι, προσθέμενος καὶ τὴν Λυσανίου τετραρχίαν εἰς αὔξησιν, καὶ χρύσεα χαλκείων ἀλλάττει, ἀντὶ τῆς σιδηρᾶς ἁλύσεως μεθ' ἧς ἐδέδετο χρυσῆν ἰσόρροπον αὐτῷ παρασχόμενος. B

Τῷ δὲ δευτέρῳ ἐνιαυτῷ τῆς μοναρχίας Γαΐου ἠξίου Ἀγρίππας ἐκχωρηθῆναι αὐτῷ ἀφικέσθαι πρὸς τὰ οἰκεῖα, καὶ αὖθις ἐπανελθεῖν κατετίθετο, οἰκονομησάμενος εἰς δέον τὰ τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐνδόντος Γαΐου ἐξέπλευσεν. Ἡρωδιὰς δὲ ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ ἐφθόνει τῆς εὐπραγίας τῷ ἀδελφῷ, καὶ μάλιστα ὁπότε μετὰ τῶν τῆς βασιλείας παρασήμων ἑώρα αὐτὸν τοῖς πλήθεσι χρηματίζοντα, ἐξηρέτιζέ τε τὸν ἄνδρα ἐπὶ Ῥώμης πλεῖν καὶ ἴσην ἀρχὴν μνηστεύσασθαι ἑαυτῷ· ὁ δὲ ἡσυχάζειν ἐβούλετο. καὶ ἡ γυνὴ σφοδρότερον ἠνώχλει τἀνδρί, πάντα πράσσειν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ κελεύουσα, καὶ οὐκ ἀνῆκεν ἕως καὶ ἄκοντα τὸν Ἡρώδην ἑαυτῇ πεποίηκεν C ὁμογνώμονα. ἀνήγετο οὖν σὺν τῇ γυναικὶ ἐπὶ Ῥώμης. Ἀγρίππας δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν Ῥώμην παρεσκευάζετο, προὔπεμψε δὲ τῶν ἀπελευθέρων ἕνα δῶρα τῷ αὐτοκράτορι κομίζοντα καὶ ἐπιστολὰς κατὰ τοῦ Ἡρώδου. καὶ καταλαμβάνουσι τὸν Γάϊον ἐν Βαΐαις πολιχνίῳ τῆς Καμπανίας. ἅμα τε τῷ Ἡρώδῃ εἰς ὄψιν ἧκεν ὁ Γάϊος, καὶ ἅμα τὰς Ἀγρίππου ἐπιστολὰς ἐπῄει, κατηγορούσας ἐκείνου πρὸς Σηϊανὸν ὁμολογίαν κατὰ τῆς Τιβερίου ἀρχῆς, καὶ

2 προσθεμένου A. 3 χαλκίων A. 8 δέον τὰ] δέοντα PW. 12 ῥώμην A. 17 πρὸς] εἰς A. 21 ἐπανήει A. 22 σκιανὸν A.

induit: deinde imposito diademate Philippi tetrarchiae regem constituit, additamenti vice Lysaniae quoque tetrarchia adiecta; et aere in aurum commutato tanti ponderis aureum torquem ei dedit quanti ferrea catena fuerat quam vinctus gestarat.

Anno autem monarchiae Gaii secundo petiit Agrippa facultatem ad sua abeundi, seque rediturum promisit regno suo rite constituto. ea impetrata solvit. Herodias vero soror eam felicitatem fratri invidebat, praesertim quando eum regiis insignibus ornatum cum populo agere vidit; ac maritum exstimulavit ut Romam profectus parem honorem ambiret. qui cum quietus esse mallet, mulier vehementius instat, regni causa nihil non facere iubens: neque destitit prius quam Herodem etiam invitum in suam sententiam pertraxisset. Romam igitur cum uxore pergit. sed et Agrippa ad idem iter se parans unum ex libertis praemisit, imperatori munera et litteras contra Herodem afferentem. Gaius vero tum Baiis in Campaniae oppidulo degens eodem tempore et Herodi in conspectum prodiit et Agrippae litteras legit, quibus ille accusabatur quod cum Seiano contra Tiberii imperium conspirasset, ac cum Artabano

Digitized by Google

πρὸς Ἀρτάβανον αὖθις τὸν Πάρθον τότε κατὰ τῆς αὐτοῦ Γαΐου. D τεκμήριον δ' ἐποιεῖτο τοῦ λόγου ὅπλων ἀπόθεσιν ἐν ταῖς ὁπλοθήκαις Ἡρώδου, μυριάσιν ὁπλιτῶν ἀρκούντων ἑπτά. ἐκινεῖτο δ' ὑπὸ τῶν ἐπεσταλμένων ὁ Γάϊος, καὶ ἠρώτα τὸν Ἡρώδην εἰ ἀληθὴς ὁ περὶ τῶν ὅπλων λόγος. τοῦ δὲ καταθεμένου, πιστεύσας τῇ ἀποστάσει αὐτοῦ τὴν τετραρχίαν ἀφαιρεῖται καὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Ἀγρίππου προστίθησι, καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως αὐτῷ δωρεῖται, τὸν δὲ Ἡρώδην ἀειφυγίαν κατέκρινεν. Ἡρωδιάδι δὲ ὡς Ἀγρίππου ὁμαίμονι τά τε χρήματα ὅσα ἐκείνῃ διέφερεν ἐδίδου, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ἐκέλευε τῆς φυγῆς τῷ ἀνδρί, διὰ τὸν Ἀγρίππαν. ἡ δὲ χάριτας μὲν ὡμολόγει Γαΐῳ, οὐ δίκαιον δ' ἔλεγεν P I 277 εἶναι τῆς εὐδαιμονίας τῷ ἀνδρὶ κοινωνήσασαν ἐγκαταλιπεῖν ἐπὶ ταῖς δυσπραγίαις αὐτόν.

Ὁ μέντοι Γάϊος τὸν μὲν πρῶτον ἐνιαυτὸν καὶ τὸν ἐφεξῆς μετριώτερον ἐχρῆτο τοῖς πράγμασι, προϊὼν δὲ ἐξεθείαζεν ἑαυτὸν καὶ θεοῦν ἐπεχείρει. καὶ δὴ στάσεως γεγονυίας τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, τρεῖς ἀφ' ἑκατέρου μέρους παρῆσαν πρὸς τὸν Γάϊον πρεσβευταί. (10) Ἀπίων δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων πρέσβεων εἷς ἄλλα τε κατηγόρει τῶν Ἰουδαίων καὶ ὡς πάντων τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους βωμοὺς τῷ Γαΐῳ καὶ ναοὺς ἀνιστώντων καὶ ὡς θεὸν τιμώντων οὗτοι μόνοι ἄδοξον ἥγηνται ἀνδριᾶσι τιμᾶν W I 198 B αὐτὸν καὶ ὅρκιον αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὸ ὄνομα. ἐπὶ τούτοις Φίλων

7 αὐτῷ ὁμοίως A. 8 ἀειφυγίαν A, ἀειφυγίᾳ PW. 15 αὐτὸν A. 18 τὸν add A Iosephus. ἀππίων W, Ἀπιὼν codex Colberteus. 21 μόνοι om A.

Fontes. *Cap.* 10. *Iosephi Ant.* 18 8 § 1—19 6 § 1.

Parthorum rege contra ipsum Gaium: argumento esse arma in armamentariis ab Herode reposita quibus 70 virorum milia armari possint. Gaius eo scripto motus Herodem rogat an vera essent quae de armis dicerentur. illo affirmante, credito defectionis crimine tetrarchiam et pecuniam eius Agrippae donat, ipsum perpetuo exsilio multat. Herodiadi vero pecuniam quae ad ipsam pertineret concessit, neque exsilii mariti participem esse voluit, ob fratrem Agrippam. illa vero Gaio gratiis actis non aequum esse dixit maritum in rebus adversis deserere, cui rerum secundarum socia et particeps fuisset.

Caeterum Gaius anno primo et secundo moderatius se gessit, sed temporis progressu se ipsum pro deo et haberi et coli voluit. orta porro inter Alexandrinos Iudaeos et Graecos seditione, terni ab utraque factione legati ad Gaium iverunt. (10) Apio vero Alexandrinorum legatorum unus cum alia Iudaeis obiecit, tum illud, cum omnes Romanae provinciae Gaio templa et aras aedificent divinosque honores decernant, eos solos ignominiosum ducere eum statuis honorare ac per eius nomen

τῆς τῶν Ἰουδαίων πρεσβείας προεστηκώς, ἀνὴρ ἔνδοξος καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος, ἕτοιμος ἦν ὑπεραπολογήσασθαι τῶν ὁμοεθνῶν. ὁ δὲ Γάϊος οὐκ ἠνέσχετο, κελεύσας ἐκποδὼν ἀπελεύσεσθαι, δῆλός τε ἦν κακώσων αὐτούς. καὶ ὁ Φίλων ἐξελθὼν περιυβρισμένος φησὶ πρὸς τοὺς περὶ αὐτὸν Ἰουδαίους ὡς χρὴ θαρρεῖν· οὐ γὰρ εἰς αὐτοὺς ὁ Γάϊος πεπαρῴνηκεν, εἰς δὲ τὸ θεῖον αὐτό.

Ὁ δ' αὐτοκράτωρ δεινὸν ἡγούμενος ὑπὸ Ἰουδαίων μὴ ὡς θεὸς σεβασθῆναι, Πετρώνιον ἐκπέμπει διάδοχον τῆς Οὐιτελλίου ἀρχῆς, κελεύσας χειρὶ πολλῇ ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν καὶ ἱστᾶν C αὐτοῦ ἀνδριάντα ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ· εἰ δὲ μὴ ἑκόντες παραχωροῖεν, πολέμῳ κρατήσαντα τοῦτο ποιεῖν. καὶ ὁ Πετρώνιος τὴν τῆς Συρίας παρειληφὼς ἀρχὴν ἠπείγετο πληρώσων τὰς τοῦ Καίσαρος ἐντολάς. καὶ εἰς Πτολεμαΐδα γενομένῳ προσῆλθον Ἰουδαίων πολλαὶ μυριάδες δεόμεναι μὴ βιάζεσθαι σφᾶς ἐπὶ παραβάσει τῶν πατρίων, "εἰ δ' ἀπαραίτητος εἶ" ἔλεγον, "ἡμᾶς πρότερον διαχειρισάμενος οὕτως ἵστα τὸ ἄγαλμα." Πετρώνιος δ' ἀπεκρίνατο ὡς "εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ταῦτ' ἔπραττον, δίκαιος ἦν πρός με ὑμῖν ὁ λόγος, Καίσαρος δὲ κελεύσαντος πᾶσα ἀνάγκη D τὰ ἐκείνῳ δεδογμένα πληροῦν." ταῦτα εἰπὼν ἐπὶ Τιβεριάδα ἀφίκετο, κατανοήσων ὡς γνώμης ἔχουσιν Ἰουδαῖοι. καὶ πολλαὶ μυριάδες συνήντων αὐτῷ ἱκετεύουσαι μὴ εἰς ἀνάγκας αὐτοὺς

15 μυριάδες πολλαὶ A. 16 ἡμᾶς πρότερον A cum Iosepho, πρότερον ἡμᾶς PW. 19 πρός με etiam Iosephus.

iurare. Philonem vero Iudaicae legationis principem, virum illustrem et philosophiae non expertem, populares suos defendere paratum Gaius verba facere non passus e medio excedere iussit; ac satis prae se tulit se cladem Iudaeis illaturum. at Philo contumeliose habitus, Iudaeos qui foris adstabant bonis animis esse iussit: Gaium enim non ipsis sed ipsi deo insultasse.

Verum imperator non ferendum ratus si a Iudaeis pro deo non coleretur, Petronium Vitellio successorem mittit, et cum magna manu in Iudaeam profectum suam imaginem in templo dei collocare iubet: quod si volentes concedere nolint, ut per vim et armis id faciat. Petronius Syriae praetura suscepta imperatoris exsequi iussa properabat. sed cum Ptolemaidem venisset, Iudaeorum multa milia eum adierunt orantium ne ad patria instituta violanda cogerentur: sin nullis precibus moveretur, ut se prius interfectis ita demum statuam collocaret. Petronius respondit, si suapte auctoritate illa ageret, iure secum agi posse; sed quia Caesar iussisset, decretis illius necessario acquiescendum esse. his dictis Tiberiadem venit, Iudaeorum animos exploraturus. sed ibi quoque multa Iudaeorum milia ei occurrerunt itidem orantium ne sibi

καθιστᾶν μηδὲ μιαίνειν ἀνδριάντι τὴν πόλιν. καὶ ὁ Πετρώνιος ἔφη "πολεμήσετε ἄρα;" οἱ δ' "οὐ πολεμήσομεν" ἔφασαν, "τεθνηξόμεθα δὲ πρότερον ἢ παραβῆναι τὰ πάτρια," καὶ παρεῖχον ἑαυτοὺς ἀποσφάττεσθαι. καὶ ταῦτα ἐφ' ἡμέρας ἐπράττετο τεσσαράκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Ἀγρίππου ἀδελφὸς καὶ ἄλλοι
P I 278 τῶν ἐκκρίτων ἐδέοντο Πετρωνίου μηδὲν εἰς ἀπόνοιαν τοῦ πλήθους παρακινεῖν, ἀλλὰ γράφειν πρὸς Γάϊον τὸ ἀνήκεστον αὐτῶν πρὸς τὴν τοῦ ἀνδριάντος ὑποδοχήν· ἴσως γὰρ μαλαχθέντα αὐτὸν ἀποστῆναι τοῦ δόξαντος· εἰ δ' ἐμμένοι καὶ αὖθις τῇ ψήφῳ, τότε καὶ αὐτὸν τοῦ πράγματος ἅπτεσθαι. Πετρώνιος δὲ πεισθεὶς ἐπέστειλε τῷ Γαΐῳ περὶ τῆς πράξεως.

Ἀγρίππας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ διάγων προέκοπτε τῇ πρὸς Γάϊον οἰκειώσει. θαυμασθείς τε ἐν τῷ δειπνίζειν τὸν αὐτοκράτορα τῆς πολυτελείας χάριν καὶ τοῦ μεγαλοπρεποῦς, αἰτήσασθαι προετρέπετο ὃ ἂν αὐτῷ πρὸς βουλῆς. ὁ δέ "αἰτήσομαί σε"
B ἔφη "τῶν μὲν ὄλβον περιποιούντων οὐδέν, ὃ δ' ἂν σοί τε πρὸς δόξαν εὐσεβείας κἀμοὶ πρὸς εὔκλειαν γένηται. ἀξιῶ σε γὰρ τὴν τοῦ ἀνδριάντος ἀνάθεσιν, ἣν ποιήσασθαι κελεύεις Πετρώνιον εἰς τὸ Ἰουδαίων ἱερόν, δι' ἐμὲ καταλείψειν." Γάϊος δὲ αἰσχυνθεὶς ἐπὶ τοσῶνδε μαρτύρων δόξαι ψευδόμενος, συνεχώρει. καὶ γράφει πρὸς τὸν Πετρώνιον, εἰ μὲν ἤδη τὸν ἀνδριάντα ἔφθασε στῆσαι, μὴ καθελεῖν, εἰ δὲ μήπω πεποίηται τὴν ἀνάθεσιν, μηκέτι

6 τοῦ πλήθους] τὸ πλῆθος A. 20 δόξαι A, μὴ δόξαι PW
21 ἔφθασας A.

vim afferret neve urbem simulacro pollueret. qui a Petronio rogati num bellum gesturi essent, se bellum gesturos esse negarunt, sed statim mortem oppetituros potius quam commissuros ut patria instituta violarent; ac iugulos porrexerunt. his per dies 40 actis Aristobulus Agrippae frater et alii delecti Petronium precati sunt ne rebus novandis populum ad desperationem impelleret, sed ad Gaium scriberet quemadmodum Iudaei nullis rationibus ad statuam recipiendam adduci possent: fortassis enim eum mitigatum iri et sententiam mutaturum esse: sin in proposito perseveraret, tum et ipse rem aggrederetur. his Petronius obsecutus ad Gaium ea de re scripsit.

Regis vero Agrippae Romae degentis cum Gaio familiaritas magis ac magis augebatur. qui convivio ab eo exceptus, et cenae sumptus ac magnificentiam admiratus, eum petere iussit quidquid vellet. ibi Agrippa "nihil" inquit "petam quo opes meae augeantur, sed id quod et tibi pietatis opinionem et mihi gloriam parabit. oro igitur ut statuae dedicationem in templo Iudaico Petronio mandatam mea causa omittas." id Gaius coram tam multis mentiri veritus concessit, et ad Petronium scripsit, si statuam iam erexisset, ne tolleret, sin nondum

Digitized by Google

Eo luctu nondum finito malum aliud accessit. nam cum quidam novis rebus gaudentes Stephano Caesaris servo in itinere insidiis excepto omnia bona eripuissent, Cumanus milites e vicinis agris praedas agere et clarissimos quosque in vinculis ad se adducere iubet. quod cum fieret, miles quidam adolescens audax et temerarius leges Mosis in pago quodam venerabiliter repositas in conspectu multorum cum conviciis et ludibriis discerpsit. quamobrem Iudaei Cumanum adiere, supplicantes ut contumeliam non sibi sed deo factam vindicaret. is veritus ne populus denuo concitaretur, milite illo securi percusso motum illum compressit.

15. Sed et Samaritani cum Iudaeis inimicitias exercuerunt, tali de causa. cum Galilaei Hierosolyma iter habentes per quendam Samaritanorum pagum transirent, eorum complures quidam ex insidiis adorti occiderunt. principes vero Galilaeorum a Cumano petierunt ut necem illorum ulcisceretur: quod illo muneribus corrupto negligente indignati sumptis armis aliquot Samaritanorum pagos diripuerunt atque incende-

Digitized by Google

δὲ σὺν δυνάμει τοῖς Γαλιλαίοις ἐπῆλθε, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν D
ἀπέκτεινε, πλείους δὲ ζῶντας εἷλεν. οἱ πρῶτοι δέ γε τῶν Ἱερο-
σολύμων μεταμφιασάμενοι σάκκους καὶ τὰς κεφαλὰς σποδῷ κατα-
πάσαντες παρεκάλουν τοὺς ἀφεστῶτας μεταθέσθαι τὸν λογισμὸν
καὶ τὰ ὅπλα ῥίψαντας ἠρεμεῖν· καὶ ἔπεισαν. οἱ μὲν οὖν διελύ-
θησαν, ἡ χώρα δ' ἐξ ἐκείνου λῃστηρίων πεπλήρωτο. Σαμαρεῖς W I 203
δὲ πρὸς Κουαδράτον τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντα κατηγόρουν τῶν
Ἰουδαίων ὡς ἐμπρησάντων κώμας αὐτῶν. Ἰουδαῖοι δὲ Σαμαρεῖς
ᾐτιῶντο ὡς αἰτίους τῆς στάσεως, καὶ πρὸ αὐτῶν Κούμανον,
δώροις διεφθαρμένον καὶ τοὺς ἀνῃρημένους μὴ ἐκδικήσαντα.
Κουαδράτος δὲ ὑπερέθετο τὴν κρίσιν, εἰπὼν ἥξειν εἰς τὴν Ἰου- P I 287
δαίαν κἀκεῖ τὴν ἀλήθειαν γνοὺς ἀποφήνασθαι. ἧκεν οὖν εἰς
Σαμάρειαν, καὶ ἐξετάσας τὰ πεπραγμένα, αἰτίους τῆς ταραχῆς
διέγνω τοὺς Σαμαρεῖς· Ἰουδαίους δὲ οὓς δεδεμένους εἶχεν ὁ
Κούμανος, ἀνεσταύρωσεν ὡς νεωτερίσαντας. τοὺς δὲ περὶ Ἀνα-
νίαν τὸν ἀρχιερέα καὶ τὸν στρατηγὸν Ἄνανον δήσας εἰς Ῥώμην
ἀπέστειλε, λόγον περὶ τῶν πεπραγμένων Κλαυδίῳ ὑφέξοντας.
κελεύει δὲ καὶ τοῖς Σαμαρέων καὶ Ἰουδαίων πρώτοις καὶ Κου-
μάνῳ τῷ ἡγεμόνι καὶ τῷ χιλιάρχῳ Κέλερι ἀφικέσθαι καὶ αὐτοὺς
πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, κριθησομένους περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους
ζητήσεων. ἀπελθόντων δέ, δικαστὴς καθίσας ὁ Κλαύδιος, καὶ B
γνοὺς τοὺς Σαμαρεῖς τῶν κακῶν ἀρχηγούς, τοὺς ἀναβάντας πρὸς

2 ἀπέκτεινε A Iosephus, ἔκτεινε PW. Ἱεροσολυμιτῶν Iosephus. 3 σποδοῦ A. 5 διεληλύθησαν A. 16 Ἄνανον] Ἄνναν A. 18 καὶ primum om A.

runt. eos Cumanus cum exercitu adortus multos occidit, plures cepit. Hierosolymitani vero principes saccos induti et capitibus cinere conspersis, precibus a seditiosis impetrarunt ut mutatis consiliis abiectisque armis quiescerent. quibus dispersis regio latrociniis infestata est. Samaritani porro Iudaeos apud Quadratum Syriae praetorem de incensis pagis accusarunt: quos Iudaei contra ut seditionis auctores criminati sunt, ac Cumanum in primis, qui largitionibus delinitus necem interfectorum non vindicasset. Quadratus iudicio dilato se in Iudaeam venturum et cognita veritate pronuntiaturum esse dixit. Samariam profectus, rebus inquisitis Samaritanos turbarum auctores esse comperit: Iudaeos, quos Cumanus in vinculis tenebat, ut novas res molitos in cruces egit: Ananiam pontificem et Ananum ducem exercitus vinctos Romam misit ad actorum suorum rationem Claudio reddendam. Samaritanorum quoque et Iudaeorum principes Cumanumque praesidem et Celerem tribunum ad imperatorem ire iussit, ut ibi controversias suas disceptarent. Claudius cum pro tribunali sedens Samaritanos malorum

Digitized by Google

αὐτὸν ἀναιρεθῆναι προσέταξε, φυγὴν δὲ τοῦ Κουμάνου κατεψηφίσατο, τὸν μέντοι Κέλερα τὸν χιλίαρχον εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπαχθῆναι ἐκέλευσε καὶ συρέντα πάντων ὁρώντων διὰ τῆς πόλεως οὕτως ἀναιρεθῆναι.

Πέμπει δὲ ὁ Καῖσαρ Φήλικα τῶν Ἰουδαίων ἐπιτροπεύσοντα· Ἀγρίππᾳ δὲ δωρεῖται τὴν Φιλίππου τετραρχίαν καὶ Βαταναίαν καὶ τὴν Τραχωνῖτιν σὺν Ἀβέλλᾳ (αὗται δὲ Λυσανίου ἦσαν τετραρχίαι), τὴν δὲ Χαλκίδα ἀφαιρεῖται αὐτόν, ἔτη τέσσαρα ταύτης ἄρξαντα. ὁ δ' Ἀγρίππας ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ἀζίζῳ τῷ Ἐμεσῶν βασιλεῖ, περιτμηθῆναι θελήσαντι, Δρου-
C σίλλαν τὴν ἀδελφήν, τοῦ ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου παραιτησαμένου τὸν γάμον ὅτι μὴ ἰουδαΐσαι ἐβούλετο. καὶ Μαριὰμ κατηγγύησεν Ἀρχελάῳ τῷ Ἑλκίου παιδί, ὑπ' Ἀγρίππα τοῦ πατρὸς πρώην μνηστευθεῖσαν αὐτῷ. Φῆλιξ δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύων, καὶ τὴν Δρουσίλλαν ἰδὼν κάλλους περιττῶς ἔχουσαν, ἑάλω τῷ ταύτης ἔρωτι, καὶ πείθει καταλιποῦσαν τὸν ἄνδρα αὐτῷ γαμηθῆναι. τεκοῦσα δ' ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ἀγρίππαν αὐτὸν ὠνόμασε. λέγεται δὲ κατὰ τοὺς Τίτου χρόνους ἡ γυνὴ σὺν τῷ παιδὶ νεανίᾳ γεγενημένῳ ἀφανισθῆναι κατὰ τὸ Βέσβιον ὄρος, πυρφόρον ὂν καὶ τότε μᾶλλον ἐκπυρωθέν. Βερνίκη δὲ ἑτέρα ἀδελφὴ τοῦ Ἀγρίππου, συνοικοῦσα Ἡρώδῃ τῷ θείῳ, θανόντος ἐκείνου Πολέμωνι συνηρ-
D μόσθη, περιτμηθῆναι θελήσαντι, διὰ τὴν φήμην τὴν λέγουσαν αὐτὴν τῷ ἀδελφῷ συνιέναι κατ' ἔρωτα, ἵν' οὕτω τὴν διαβολὴν

1 προσέταξε] ἐκέλευσε A Iosephus. τῷ κουμάνῳ A. 5 φίληκα, et sic ubique, A. 6 καὶ τὴν βαταναίαν A. 7 Ἀβέλλᾳ etiam Iosephi codices: Hudsonus et Havercampus Ἀβίλᾳ.

exstitisse auctores cognovisset, eos qui venerant occidi, Cumanum exsulare, Celerem tribunum Hierosolyma reduci et in conspectu omnium per urbem tractum ita demum occidi iussit.

Felici Caesar procurationem Iudaeae mandavit: Agrippae, Chalcide quam annos quattuor tenuerat erepta, Philippi tetrarchiam, Batanaeam et Trachonitidem cum Abella, quae Lysaniae tetrarchia fuerat, donavit. Agrippa vero Drusillam sororem Azizo Emesarum regi, circumcisionem non recusanti, in matrimonium collocat, nuptiis eius ab Antiocho Epiphane ritus Iudaici odio repudiatis. Mariammen Archelao Helciae filio despondit a patre Agrippa olim promissam. Felix Iudaeae procurator Drusillae excellenti pulchritudine captus, mulieri persuadet ut marito relicto sibi nubat: quae filium ex eo susceptum Agrippam nominavit. fertur autem Titi temporibus cum eo adolescente in Vesuvio monte ignifero ac tum magis inflammato periisse. Berenice altera Agrippae soror, Herode patruo et marito defuncto, Polemoni, cum cir-

Digitized by Google

ἀποφήνῃ ψευδῆ. οὐ μὴν ἔμεινεν ὁ γάμος ἐπὶ πολύ, τῆς Βερνίκης καταλιπούσης τὸν Πολέμωνα.

Τελευτᾷ δὲ Κλαύδιος Καῖσαρ βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα καὶ μῆνας ὀκτὼ ἐφ' ἡμέραις εἴκοσι. λόγος δὲ ἦν ὡς ὑπὸ τῆς γυναικὸς Ἀγριππίνης φαρμάκοις ἀνῄρητο· ἧς πατὴρ ἦν Γερμανικὸς ὁ Καίσαρος ἀδελφός, ἀνὴρ δὲ Δομέτιος Αἰνόβαρβος τῶν ἐπισήμων ἐν Ῥώμῃ, οὗ τελευτήσαντος χηρεύουσαν αὐτὴν ὁ Κλαύδιος ἄγεται ἔχουσαν καὶ παῖδα Δομέτιον ὁμώνυμον τῷ πατρί. προανῃρήκει γὰρ τὴν γυναῖκα Μεσαλίναν διὰ ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς P I 288
παῖδας εἶχε Βρεττανικὸν καὶ Ὀκτάβιον. καὶ Ὀκταβίαν δὲ πρεσβυτάτην τῶν ἀδελφῶν ἐκ προτέρας ἑτέρας γυναικὸς εἶχεν, ἣν τῷ Νέρωνι ἥρμοσε· τοῦτο γὰρ τὸν τῆς Ἀγριππίνης υἱὸν τὸν Δομέτιον μετωνόμασεν ὕστερον ὁ Καῖσαρ, εἰσποιησάμενος αὐτόν. ἵνα τοίνυν τούτῳ τὴν αὐταρχίαν περιποιήσηται ἡ μήτηρ Ἀγριππῖνα, κτείνει φαρμάκῳ τὸν Κλαύδιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις καιροῖς καὶ τόποις εἰρήσεται, ὁ δὲ λόγος τῆς ἀκολουθίας ἐχέσθω.

16. Εἶχε μὲν οὖν ὁ Νέρων μετὰ Κλαύδιον τὴν τῶν Ῥω- B
μαίων ἀρχήν, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐπεδίδου πρὸς τὸ χεῖρον W I 206
διηνεκῶς, καὶ λῃστηρίων ἡ χώρα ἐμπέπληστο καὶ γοήτων ἀπατώντων τὸν ὄχλον, ὧν πολλοὺς ὁ Φῆλιξ συλλαμβάνων ἀνῄρει.

4 ἦν δὲ λόγος A. 6 Αἰνόβαρβος] βάρβαρος Colberteus, ὁ βάρβαρος A. 10 βρεττανικὸν A Iosephus, Βρετανικὸν PW. 12 τὸν alterum om A.

Fontes. *Cap.* 16. *Iosephi Ant.* 20 8 § 5 — § 9.

cumcisus esset, nupsit, ad abolendam incestus cum fratre calumniam: sed diuturnum coniugium non fuit, Polemone a Berenice deserto.

Claudius Caesar mortuus est anno imperii decimo tertio, mense octavo, die vigesimo, veneno, ut ferebatur, ab uxore Agrippina sublatus: quae patrem habuit Germanicum Caesaris fratrem, maritum Domitium Aënobarbum, virum Romae illustrem; quo defuncto eam viduam Claudius duxit, cum filium haberet Domitium patri cognominem. nam Messalinam uxorem ex zelotypia sustulerat, e qua liberos habebat Britannicum et Octavium, et filiam Octaviam natu maximam ante hos ex alia coniuge susceptam, quam Neroni (id enim nomen Agrippinae filio Domitio Caesar pater adoptivus fecit) despondit. cui ut mater imperium acquireret, Claudium veneno sustulit. sed haec suo loco et tempore referentur: nunc institutam historiae seriem prosequamur.

16. Post Claudii interitum Nerone imperium adepto res Iudaicae continenter in deterius sunt prolapsae, provincia latrociniis et impostoribus populum seducentibus repleta: quorum multos Felix sustulit. qui

Digitized by Google

ἔχων δὲ ἀπεχθῶς πρὸς Ἰωνάθην τὸν ἀρχιερέα ὁ Φῆλιξ, πολλάκις αὐτὸν νουθετοῦντα περὶ τοῦ κρειττόνως προΐστασθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, πρόφασιν ἐζήτει δι' ἣν τὸν ἐνοχλοῦντα συνεχῶς μεταστήσεται· καὶ διὰ τῶν λῃστῶν αὐτὸν ἀναιρεῖ, οἳ ἐν τῷ ναῷ παραγεγονότες ὡς προσκυνήσοντες, καὶ ξιφίδια φέροντες ὑπὸ τὰς ἐσθῆτας, ἀνεμίχθησαν τῷ πλήθει καὶ τὸν Ἰωνάθην ἀνεῖλον. C ἀνεκδικήτου δὲ τοῦ τολμήματος μείναντος, ἀδεῶς οἱ λῃσταὶ ἀναβαίνοντες οὓς μὲν οἰκείους ἐχθροὺς ἀνῄρουν, οὓς δ' ἑτέρων ἐπὶ μισθῷ. γόητες δὲ καὶ ἀπατεῶνες ἄνθρωποι τὸν ὄχλον ἀνέπειθον ἕπεσθαι σφίσιν εἰς τὴν ἐρημίαν, δείξουσιν ἐναργῆ σημεῖα καὶ τέρατα γινόμενα ἐκ θεοῦ· ὧν πολλοὺς ὁ Φῆλιξ ἐκόλαζεν. οἱ δέ γε λῃσταὶ τὸν δῆμον εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους ἠρέθιζον πόλεμον, θέλοντες μὴ ὑπακούειν αὐτῶν, καὶ τὰς τῶν μὴ πειθομένων κώμας ἐμπιπρῶντες διέφθειρον.

Σύρων δὲ καὶ Ἰουδαίων τὴν Καισάρειαν οἰκούντων οἱ μὲν D Ἰουδαῖοι πρωτεύειν ἠξίουν ὡς Ἡρώδου τοῦ σφῶν βασιλέως τὴν πόλιν ἐγείραντος, Σύροι δὲ τὰ μὲν περὶ τὸν Ἡρώδην ὡμολόγουν, ἔφασαν δὲ καὶ πρώην πόλιν εἶναι Στράτωνος καλουμένην πύργον, καὶ μηδένα τότε τὴν πόλιν Ἰουδαῖον οἰκεῖν. διὰ ταῦτα τοίνυν τῶν Καισαρέων στασιαζόντων, οἱ τῆς χώρας ἐπιμελούμενοι πληγαῖς τοὺς αἰτίους ᾐκίσαντο, καὶ πρὸς ὀλίγον τὸν θόρυβον κατεκοίμισαν. πλούτῳ δὲ τῶν Σύρων οἱ Ἰουδαῖοι προέχοντες, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦντες αὐτῶν, ἐβλασφήμουν αὐτούς. οἱ δὲ

2 περὶ τοῦ κρειττόνως] καλῶς A. 19 διὰ add A. 21 αἰτίους] τοιούτους A.

Ionathae pontifici ob crebras eius, ut Iudaeam melius gubernaret, admonitiones infensus, occasionem tam molesti interpellatoris tollendi quaeritans, curat ut latrones per speciem adorandi turbae hominum in templo immisti sicas sub vestibus gestantes Ionatham occidant. quo facinore non vindicato sicarii citra metum urbem ingressi tum suos tum aliorum inimicos mercede peremerunt. ad haec praestigiatores et impostores turbae persuaserunt ut se in loca deserta sequerentur, evidentia signa et miracula divinitus edita ostensuros; quorum multos Felix suppliciis affecit. latrones vero plebem ad bellum Romanis, quibus parere detrectabant, inferendum concitabant; eorumque pagos, qui parere nollent, incendebant.

Caesareae vero, quam Iudaei et Syri incolebant, principatum Iudaei hac ratione sibi vindicabant, quod eam urbem Herodes rex suus instaurasset. quod etsi confitebantur Syri, tamen prius quoque urbem fuisse Stratonis turrem asserebant, nemine tum ibi Iudaeo degente. hac de causa Caesariensibus tumultuantibus, provinciae praesides sontibus flagris caesis tumultum nonnihil represserunt. caeterum Iudaei opibus superiores Syros contemnebant et conviciis incessebant. illi vero

χρήμασι μὲν ἡττώμενοι, θαρροῦντες δὲ ὅτι πλεῖστοι τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους στρατευομένων Καισαρεῖς ἦσαν, μέχρι μέν τινος καὶ αὐτοὶ λόγοις τοὺς Ἰουδαίους ἀνθύβριζον· εἶτα λίθοις ἀλλήλους ἔβαλλον, ἕως πολλοὶ ἐτρώθησάν τε καὶ ἔπεσον ἀμφοτέρωθεν· P I 289 νικῶσι δὲ Ἰουδαῖοι. ὁ μέντοι Φῆλιξ παύσασθαι τοὺς Ἰουδαίους ἐκέλευε, καὶ μὴ πειθομένοις τοὺς στρατιώτας ἐπαφίησι· καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πλείους δὲ ζῶντας συνέσχε, καὶ οἰκίας διαρπάζειν τοῖς στρατιώταις ἐπέτρεψεν. οἱ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐπιεικέστεροι καὶ οἱ προὔχοντες παρεκάλουν τὸν Φήλικα τοὺς στρατιώτας ἀνακαλέσασθαι καὶ φείσασθαι αὐτῶν, δοῦναί τε ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις μετάνοιαν. καὶ ὁ Φῆλιξ ἐπείσθη.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας δίδωσι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἰσμαὴλ υἱῷ τοῦ Φαβεί. ἔσχον δὲ πρὸς ἀλλήλους ἔχθραν οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς σὺν τοῖς πρώτοις τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, καὶ ἐκακολόγουν ἀλλήλους καὶ λίθοις ἔβαλλον, καὶ ὁ ἐπιπλήξων καὶ τὴν στάσιν κωλύσων οὐκ ἦν. ἐς τοσοῦτον δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἠναιδεύσαντο, ὥς B καὶ πέμπειν ἐπὶ τὰς ἅλωνας καὶ βίᾳ λαμβάνειν τὰς τοῖς ἱερεῦσιν ὀφειλομένας δεκάτας, ὅθεν οἱ ἄποροι τῶν ἱερέων ὑπ᾽ ἐνδείας ἀπέθνησκον.

Πορκίου δὲ Φήστου ὑπὸ Νέρωνος σταλέντος διαδόχου τῷ Φήλικι, οἱ Καισαρεῖς Ἰουδαῖοι κατηγόρησαν τοῦ Φήλικος παρὰ Νέρωνι· καὶ τάχα ἂν ἔτισε δίκας τῶν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων, εἰ μὴ Πάλλας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μέγα δυνάμενος παρὰ Νέρωνι

3 εἶτα — 4 ἀμφοτέρωθεν om A. 13 ἔχθραν] στάσιν A. οἵ τε — 15 ἀλλήλους om A. 22 νέρωνος A.

ut minus pecuniosi, ita eo freti quod plurimi Caesarienses sub Romanis stipendia mererent, aliquamdiu verborum contumelias in Iudaeos regesserunt: inde ad lapides ventum, donec utrinque multi vulnerati sunt, multi occubuerunt. victoria tamen penes Iudaeos fuit. quos cum Felix frustra monuisset ut desinerent, militibus immissis multos occidit, plures vivos comprehendit, eorumque domos diripi iussit. sed qui moderatiores inter Iudaeos erant, ab illo precibus impetrarunt ut revocatis militibus populo parceret, delictorum venia concessa.

Agrippa rex pontificatum Ismaeli Phabi filio dedit. cum autem inter pontifices et sacerdotes atque primos civitatis Hierosolymitanae inimicitiae intercederent, et conviciis et lapidibus est certatum, neque qui eos castigaret aut seditionem premeret quisquam fuit. ac pontifices eo impudentiae sunt progressi ut ministris suis in areas missis decimas sacerdotibus debitas raperent. unde sacerdotes tenuiores ad egestatem redacti fame perierunt.

Porcio Festo a Nerone Felici successore dato Iudaei Caesarienses Felicem apud imperatorem accusarunt: ac dedisset ille forte poenas iniuriarum, nisi frater eius Pallas, qui gratia multum valebat, Neronis

Digitized by Google

τὴν αὐτοῦ ὀργὴν παρῃτήσατο. καὶ οἱ ἐν Καισαρείᾳ δὲ Σύροι Βήρυλλον τὸν Νέρωνος παιδαγωγὸν δεξιωσάμενοι χρήμασιν, ἐπιστολὴν κομίζονται Καίσαρος δι' αὐτοῦ τὴν Ἰουδαίαν ἰσοπολιτείαν τοῖς ἐν Καισαρείᾳ Σύροις ἄκυρον ἀποφαίνουσαν. ἐξ ἧς τὰ μετὰ
C ταῦτα κακὰ τῷ ἔθνει ἐφύησαν· διὰ ταύτην γὰρ τὴν ἐπιστολὴν Ἰουδαῖοι πρὸς τοὺς Σύρους μᾶλλον στάσεως εἴχοντο, μέχρις ἂν ἀνήφθη ὁ πόλεμος.

W I 207 17. Φῆστος δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθὼν κακουμένην ταύτην εὗρεν ὑπὸ λῃστῶν. καὶ οἱ σικάριοι γὰρ καλούμενοι (λῃσταὶ δὲ καὶ οὗτοι ἦσαν) τότε μᾶλλον εἰς πλῆθος συνέστησαν, χρώμενοι ξιφιδίοις ἐπικαμπέσι καὶ ὁμοίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμέναις σίκαις, ἀφ' ὧν καὶ σικάριοι ὠνομάσθησαν· οἱ κατὰ τὰς ἑορτὰς τῷ πλήθει ἀναμιγνύμενοι οὓς ἐβούλοντο ῥᾳδίως ἀπέσφαττον, καὶ τὰς κώμας δὲ διήρπαζόν τε καὶ ἐνεπίμπρασαν. πέμπει δὲ Φῆστος δύναμιν ἐπὶ τοὺς ἀπατηθέντας ὑπό τινος γόητος, σωτηρίαν ἐπαγγελλομένου τοῖς ἕπεσθαι θέλουσι μέχρι τῆς
D ἐρημίας αὐτῷ· κἀκεῖνόν τε τὸν ἀπατεῶνα καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας οἱ πεμφθέντες διέφθειραν.

Ὁ μέντοι βασιλεὺς Ἀγρίππας οἴκημά τι μέγα δομησάμενος ἐν τοῖς βασιλείοις, ἐκεῖθεν ἐθεᾶτο τὰ ἐν τῷ ἱερῷ ἐνεργούμενα. πρὸς τοῦτο δ' ἐχαλέπαινον οἱ τῆς πόλεως. τοῖχον οὖν ἐγείρουσιν, ὃς οὐ τῆς βασιλικῆς οἰκίας μόνης τὴν ἄποψιν ὑπετέμνετο, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς δύσιν στοᾶς, ἔνθα τὰς φυλακὰς οἱ Ῥωμαῖοι ταῖς

2 Βήρυλλον etiam Iosephi codices: Βοῦρρον rescripsit Hudsonus. 3 Ἰουδαίων Iosephus. 6 ἂν] δὴ Iosephus. 9 εὗρε ταύτην A. 11 ὁμοίως PW. 22 ὑπετέμετο A.

FONTES. *Cap.* 17. *Iosephi Ant.* 20 8 § 10—11 § 1.

iram mitigasset. sed et Caesarienses Syri Beryllo Neronis paedagogo pecunia conciliato litteras impetrarunt quibus Iudaeis aequale ius Caesariensis civitatis adimebatur. unde mala quae gentem post oppresserunt ortum habuere: ob eas enim litteras Iudaei seditionem contra Syros magis urserunt, donec bellum exarsit.

17. Festus autem Iudaeam latrociniis afflictam repperit. nam sicarii aucti numero, ensiculos curvos gestantes, in festivitatibus populo immisti facile quos libitum erat perimebant, pagosque et diripiebant et incendebant. porro cum praestigiator quidam salutem iis polliceretur qui se usque ad desertum comitari vellent, Festus et ipsum et eos quos seduxerat copiis immissis interfecit.

Agrippam vero regem ex magno domicilio, quod in regia aedificarat, quidquid in templo ageretur spectare cives aegre ferentes murum struxerunt, quo non tantum regiae conspectus sed et occidentalis porticus, ubi Romani propter templum in festivitatibus custodias habebant,

Digitized by Google

ἑορταῖς ἐποιοῦντο διὰ τὸ ἱερόν. ἐπὶ τούτοις ἠγανάκτησεν Ἀγρίππας, καὶ πλέον ὁ Φῆστος, καὶ καθελεῖν τὸν τοῖχον ἐβούλετο. οἱ δὲ παρεκάλεσαν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς δεηθῆναι τοῦ Καίσαρος. καὶ συγχωρήσαντος Φήστου, πέμπουσι δέκα ἐκ τῶν πρώτων πρὸς P I 290 Νέρωνα, καὶ Ἰσμαὴλ τὸν ἀρχιερέα καὶ Ἑλκίαν τὸν γαζοφύλακα. καὶ ὁ Νέρων τῇ γυναικὶ Ποππαίᾳ ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀξιούσῃ χαριζόμενος ἐκέλευσεν ἐᾶν τὴν οἰκοδομήν. καὶ ἡ Ποππαία τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκεν ἐπανελθεῖν, τὸν δὲ Ἰσμαὴλ καὶ τὸν Ἑλκίαν κατέσχε παρ' ἑαυτῇ ὁμηρεύσοντας. καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας ταῦτα πυθόμενος δίδωσι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἰωσὴφ τῷ καλουμένῳ Δεκαβί, υἱῷ τοῦ ἀρχιερατεύσαντος Σίμωνος· εἶτα τῷ Ἄννᾳ υἱῷ τοῦ Ἄννα ταύτην ἐξ Ἰωσὴφ ἀφελόμενος προσεκλήρωσεν.

Οὗτος οὖν ὁ νέος Ἄννας τὴν ἀρχιερωσύνην παρειληφὼς τολμητίας ἦν καὶ θρασύς. Φήστου τοίνυν θανόντος, καὶ Ἀλ- B βίνου μήπω καταλαβόντος τὴν Ἰουδαίαν, ὃς ἀντὶ Φήστου παρὰ Νέρωνος ἐστάλη τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος, καθίσας συνέδριον (ἵν' αὐτοῖς τοῖς Ἰωσήπου χρήσωμαι ῥήμασι) παράγει τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ) καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορῶν αὐτῶν, καὶ παρέδωκε λευσθησομένους. ὅσοι δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι καὶ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ κατεῖπον αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἀλβῖνον καὶ πρὸς Ἀγρίπ-

1 ὁ ἀγρίππας A. 7 ἐκέλευσεν — 8 ἄλλους om A. 11 δεκαβί A, Δεκαβίζῳ PW: Iosephus Ἰωσήπῳ τῷ Σίμωνος παιδὶ ἀρχιερέως, ἐπικαλουμένῳ δὲ Καβί. ἄνα υἱῷ τοῦ ἄνα A, Ἀνάνῳ υἱῷ τοῦ Ἀνα PW. 13 Ἀνας PW. 17 τοῖς τοῦ ἰωσήπου A. Antiq. 20 9 1. 21 ἐπιεικέστεροι A: Iosephus ἐπιεικέστατοι. 22 καὶ πρὸς ἀγρίππαν καὶ πρὸς ἀλβῖνον A.

intercipiebatur. id aegre Agrippa, Festus aegrius tulit, ac murum diruere voluit. sed rogatu civium permisit, ut decem principes viros una cum Ismaele pontifice et Helcia thesauri custode ad Neronem de ea re ablegarent. qui in gratiam Poppaeae uxoris pro Iudaeis intercedentis aedificium id manere iussit. Poppaea porro caeteris dimissis Ismaelem et Helciam obsides retinuit. quo Agrippa rex audito Iosepho Decabi Simonis viri pontificii filio, deinde eodem eiecto Annae filio Annae pontificatum confert.

Is iunior Annás pontificatu suscepto, homo confidens et temerarius, Festo mortuo eiusque successore Albino nondum in Iudaeam profecto, indicto concilio, ut Iosephi verbis utar, Iacobum, Iesu qui Christus dicitur fratrem, et alios quosdam in medium productos violatarum legum reos facit et lapidandos curat. id factum modestissimi quique et legum observantissimi cives aegre tulerunt, eumque et apud Albinum et

Digitized by Google

παν. διὸ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος ὁ βασιλεὺς ἐξ αὐτοῦ, C μῆνας ἄρξαντος τρεῖς, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Μνασέα κατέστησεν.

Ἀλβῖνος δ' ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, σπουδὴν εἰσήνεγκεν εἰρηνεύειν τὴν χώραν, καὶ πολλοὺς τῶν σικαρίων διέφθειρεν. Ἀγρίππας δὲ δίδωσι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἰησοῦ τῷ τοῦ Γαμαλιήλ, παύσας τὸν τοῦ Μνασέα Ἰησοῦν. στάσις οὖν τῶν ἀρχιερέων ἐγένετο, προσεταιρισαμένων τοὺς θρασυτάτους, καὶ μέχρι λίθων ἡ στάσις ἐξ ὕβρεων τῶν πρὸς ἀλλήλους προὐχώρησεν. ὅθεν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου μάλιστα κακῶς ἔχειν τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πόλιν συμβέβηκε, καὶ πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον προέκοπτον. Ἀλβῖνος δὲ Γέσιον Φλῶρον μαθὼν ἀφικνεῖσθαί οἱ διάδοχον, προαγαγὼν τοὺς δεσμώτας ὅσοι ἦσαν αὐτῷ προδήλως θανεῖν ἄξιοι, τούτους μὲν ἀναιρεθῆναι προσέταξε, τοὺς δ' ἐκ μικρῶν αἰτιῶν καθειργμέ- D νους χρήματα λαμβάνων ἀπέλυε. καὶ οὕτως ἡ μὲν εἱρκτὴ τῶν δεσμωτῶν ἐκενώθη, ἡ χώρα δὲ λῃστῶν ἐπληρώθη. ὁ δ' Ἀγρίππας τὸν τοῦ Γαμαλιὴλ Ἰησοῦν τῆς ἀρχιερωσύνης ἐκβαλὼν Ματθίᾳ τῷ Θεοφίλου προσένειμεν, ἐφ' οὗ ὁ πρὸς Ῥωμαίους ἦρξατο πόλεμος.

Ἦρξατο μὲν οὖν ἡ ἀρχιερωσύνη ἐξ Ἀαρών, τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου οἱ παῖδες αὐτοῦ αὐτὴν διεδέξαντο, καὶ ἐξ ἐκείνων τοῖς W I 208 ἀπ' αὐτῶν διέμεινεν ἡ τιμή. ὅθεν πάτριον ἦν Ἰουδαίοις μηδένα τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνειν, κἂν βασιλεὺς ἦν αὐτῆς ἐφιέμενος,

2 et 6 Μνασέα] Δαμναίου Iosephus. 5 τὴν ἀρχ. δίδωσιν A. Γαμαλιήλ] γαβριήλ Wolfii codices. 8 ἐχώρησεν A. 11 γεσίσιον A. 17 θεοφίλου A Iosephus, Θεοφίλῳ PW.

apud Agrippam detulerunt. quamobrem rex ei pontificatum, tres menses eo functo, ereptum Mnaseae filio Iesu tradidit.

Albinus vero cum Hierosolyma venisset, operam dedit ut provincia pacata esset, multis sicariis interfectis. Agrippa Iesu pontifici Mnaseae filio successorem dat Iesum Gamalielis filium. unde inter pontifices, quorum uterque audacissimos sibi homines adscivit, orta seditio a conviciis usque lapidationem est progressa. ab eo tempore Hierosolymitana urbs pessime habere atque omnia in peius ruere coeperunt. Albinus vero cum didicisset Gessium Florum sibi successorem datum, productis vinctis, eos qui manifeste necem meruerant occidi iussit; qui vero ob parva crimina in carcerem compacti fuerant, eos accepta pecunia dimisit. ita carcer maleficis factus est vacuus, regio latronibus referta. Agrippa, Iesu Gamalielis filio eiecto, pontificatum Matthiae Theophili filio assignavit, sub quo bellum Romanum coepit.

Pontificatus initia sunt ab Aarone profecta, cui defuncto filii eorumque posteri in eo honore successerunt. unde receptum apud Iudaeos fuit ne cui vel regi pontificatus expetenti tribueretur, nisi iis

Digitized by Google

εἰ μὴ τοὺς ἐξ αἵματος Ἀαρών· εἰ καὶ οὐ μέχρι παντὸς τὸ ἔθος τοῦτο τετήρητο. ἐγένοντο οὖν πάντες ἀπὸ Ἀαρὼν μέχρι Φινεὲς τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν στασιασάντων ἀναδειχθέντος ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς. P I 291

Γέσιος δὲ Φλῶρος εἰς Ἰουδαίαν Ἀλβίνου διάδοχος ἀφικόμενος πολλῶν ἐνέπλησεν Ἰουδαίους κακῶν, τοσοῦτον δὲ γέγονε κάκιστος, ὥστε διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς αὐτοῦ κακίας ἐπαινεῖσθαι τὸν Ἀλβῖνον ὡς εὐεργέτην. ὁ μὲν γὰρ τὴν πονηρίαν ἐπέκρυπτε καὶ ἀδικῶν μὴ γίνεσθαι κατάφωρος ἔσπευδε, Φλῶρος δὲ ἀπαρακαλύπτως καὶ ἀναιδῶς τὰς εἰς τὸ ἔθνος παρανομίας ἐποίει, ὥσπερ ἐπιδεικνύμενος. καὶ τί δεῖ τῶν ἐκείνου κακῶν ἀπαριθμεῖν τὸ καθ' ἕκαστον; τοσοῦτον δ' εἰπὼν δηλώσω τὸ πᾶν, ὅτι ὁ τοὺς Ἰουδαίους τὸν πρὸς Ῥωμαίους ἄρασθαι πόλεμον βιασάμενος Φλῶρος ἦν. ἔλαβε δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος δευτέρῳ μὲν ἔτει τῆς Φλώρου ἐπιτροπῆς, δωδεκάτῳ δὲ τῆς μοναρχίας τοῦ B Νέρωνος.

18. Ἐντεῦθεν οὖν ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀποστασία εἰς προὖπτον ἀνερράγη καὶ ὁ πόλεμος ἤρξατο. διηγήσασθαι δὲ τούτου ἕκαστα πλείονος ἂν γένοιτο πραγματείας ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ἐγχείρησιν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα ἐᾶσαί μοι κέκριται, μόνα δ' ἐπιτεμεῖν τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων αὐτῶν. Οὐεσπασιανὸς γὰρ παρὰ Νέρωνος, μαθόντος τὴν Ἰουδαίων ἀποστασίαν,

16 post *Νέρωνος* inscriptio Ἐπιτομὴ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ AW. 18 ἐρράγη A.

Fontes. *Cap.* 18. ***Iosephi de bello Iudaico libri* 3 *et* 4.**

qui essent ex sanguine Aaronio: etsi ea consuetudo non perpetuo observata est. pontifices ab Aarone usque ad Phineem in bello a seditiosis declaratum 83 fuere.

Gessius autem Florus Albini successor Iudaeos plurimis oppressit malis. nam tantum improbitate excelluit, ut propter insignem eius maleficentiam Albini beneficentia celebraretur. nam hic quidem malitiam suam occultare studuit ac sollicite cavit ne suae iniuriae deprehenderentur, Florus autem palam atque impudenter iniquitatem in populum et quasi per ostentationem exercuit. sed quorsum attinet eius scelera singulatim recensere, cum res paucis expediri queat: qui Iudaeos bellum Romanis inferre coegerit, Florum fuisse. id vero bellum coepit secundo anno procurationis Flori, monarchiae Neronis duodecimo.

18. Hinc igitur Iudaeorum defectio palam erupit bellumque coepit: cuius singulos veluti actus referre maioris operae fuerit quam instituta brevitas patitur. quare caeteris omissis Hierosolymorum duntaxat excidium compendio referre decrevi. nam cognita Iudaeorum defectione Vespasianus, cui Nero belli administrationem crediderat, non

Digitized by Google

τὴν τοῦ πολέμου διοίκησιν πιστευθείς, οὐ πρώτοις τοῖς Ἱεροσολύμοις προσέβαλεν, ἀλλὰ τὰς ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἔσπευσε πρότερον ἑλεῖν πόλεις, καὶ οὕτως αὐτὴν χειρώσασθαι τὴν μητρό-
C πολιν. καταλαβὼν οὖν τὴν Πτολεμαΐδα, καὶ ἑνωθεὶς ἐν αὐτῇ τῷ υἱῷ Τίτῳ ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀφικομένῳ καὶ τὸ πεντεκαιδέκατον τάγμα κομίζοντι, σταλέντι παρ' αὐτοῦ ἐξ Ἀχαΐας, ὅπου τοῦ πολέμου στρατηγὸς κεχειροτόνητο παρὰ Νέρωνος (ἐν Ἀχαΐᾳ γὰρ ἐτύγχανεν ὢν ἐκεῖνος ὅτε ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀποστασία κατηγγέλθη αὐτῷ), κατὰ τῆς Γαλιλαίας πρότερον ὥρμησε, καὶ τῇ πόλει τῶν Ἰωταπάτων πρώτῃ προσβαλών, καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα πολιορκήσας ἡμέρας, πορθεῖ μὲν αὐτήν, αἱρεῖ δὲ καὶ τὸν Ἰώσηπον στρατηγοῦντα τῆς Γαλιλαίας καὶ τῆς εἰρημένης ὑπερμαχοῦντα πόλεως. ἐκεῖθεν δὲ καθ' ἑτέρων ἐχώρει φρουρίων καὶ πολισμά-
D των, καὶ τὰ μὲν ὁμολογίᾳ, τὰ δὲ πολιορκίᾳ ὑπὸ Ῥωμαίους πεποίητο. καὶ ταῦτα ἤδη κατεργασάμενος ἡτοιμάζετο καὶ αὐτῇ προσμῖξαι τῇ μητροπόλει, διακειμένῃ κακῶς ἐκ τοῦ πρὸς ἀλλήλους στασιάζειν τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ εἰς ἐμφυλίους ἐκκυλισθῆναι μάχας καὶ ἀλλήλων σφαγάς, κἀντεῦθεν τὸ μάχιμον διαφθείρεσθαι. ἐπέσχε δὲ τῷ Οὐεσπασιανῷ τὴν ὁρμὴν ἀγγελθεὶς ὁ Νέρων τῆς αὐταρχίας ἐκπεπτωκὼς καὶ τῆς Ῥώμης λαθραίως ἐκδρὰς καὶ ἑαυτὸν ἀνελών. εἶτα Γάλβαν μαθὼν γενόμενον αὐτοκράτορα, Τίτον πέμπει πρὸς αὐτόν, προσεροῦντά τε καὶ ὅ τι περὶ Ἰου-
P I 292 δαίων κελεύει πευσόμενον. ἔτι δὲ καθ' ὁδὸν ὄντος Τίτου καὶ ὁ

5 τό τε πέμπτον καὶ τὸ δέκατον τάγμα Iosephus male. 10 τεσσαρακοστῇ μὲν ἡμέρᾳ καὶ ἑβδόμῃ Iosephus vulgo: καὶ ἑβδόμῃ om codex Florentinus. 11 καὶ add A.

Hierosolyma invasit primum, sed urbibus metropoli subiectis prius expugnatis, tum demum ipsam quoque domare instituit. occupata igitur Ptolemaide, cum filio Tito, qui ab eo ex Achaia missus, ubi a Nerone belli dux designatus fuerat, legionem decimam quintam Alexandria adduxerat, se coniunxit: Neroni enim in Achaia degenti Iudaeorum defectio nuntiata fuit. ac Galilaeam primum aggressus, Iotapatis diebus 40 expugnatis, Iosephum Galilaeae ducem, eius urbis defensorem cepit. inde alia castella atque oppidula partim deditione partim obsidione Romanis parere coegit. iis iam confectis ad ipsam metropolim obsidendam se accingebat, seditionibus et factionibus adeo afflictam ut civili bello et mutuis caedibus inter sese grassantes homines bellicosi interirent. verum id eius consilium nuntius de Nerone, qui amisso imperio clam Roma profugisset atque ipse sibi manus attulisset, repressit. deinde cum Galbam imperio potitum esse cognovisset, Titum misit ad eum salutandum, et percontandum quid de Iudaea fieri vellet. sed Titus in

Digitized by Google

Γάλβας ἀνῄρητο. ὅπερ ἀκούσας ὁ Τίτος πρὸς τὸν πατέρα παλινοστεῖ. καὶ διὰ τὸ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀμφίβολον οὐκ ἐπεχείρουν τῇ κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ προσβολῇ, ἀλλ' ἠρέμουν ἐν Καισαρείᾳ. Γάλβου δὲ ἀνῃρημένου Ὄθων τὴν ἀρχὴν διεδέξατο. τὰ δὲ ἐν Γερμανίᾳ τυγχάνοντα τάγματα Οὐιτέλλιον ἀνηγόρευσαν αὐτοκράτορα. στείλας οὖν Ὄθων ἐπολέμει Οὐιτελλίῳ. ἡττημένων δὲ τῶν ἀπεσταλμένων Ὄθων ἑαυτὸν διεχρήσατο. καὶ W I 209 Οὐιτέλλιος εἰς Ῥώμην ἀπῄει σὺν τοῖς στρατεύμασιν· ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ οἱ τοῦ Ὄθωνος προσεχώρησαν. Οὐεσπασιανὸς δέ, εἴ τινα ἦσαν περίλοιπα τῶν Ἰουδαίων πολίχνια μήπω ἑαλωκότα, B στείλας ἐπόρθει καὶ ταῦτα, ὡς μόνην ἤδη τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πόλιν σκοπὸν Ῥωμαίοις περιλιμπάνεσθαι. ἐνόσει δὲ δεινῶς, ὡς εἴρηται, τὰ τῆς πόλεως. ἔξωθεν μὲν γὰρ ὁ Σίμων καὶ οἱ περὶ αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις Ῥωμαίων ἐτύγχανον φοβερώτεροι, ἔνδον δ' οἱ ζηλωταὶ καλούμενοι καὶ ὁ τούτων ἐξάρχων Ἰωάννης καὶ Ῥωμαίων ἦσαν καὶ τοῦ Σίμωνος χαλεπώτεροι. σφοδρότατα δὲ βιαζομένων τοὺς ἐν τῇ πόλει τῶν ζηλωτῶν, ἠναγκάσθησαν οἱ τοῦ δήμου τὸν Σίμωνα μετὰ τοῦ περὶ αὐτὸν πλήθους εἰς τὴν πόλιν παρακαλοῦντες εἰσαγαγεῖν, ὡς τάχα τῆς τῶν ζηλωτῶν τυραννίδος αὐτοὺς ἀπαλλάξοντα· ἔλαθον δὲ χείρονα καθ' ἑαυτῶν εἰσδεξάμενοι τύραννον. τούτων δ' ἐν Ἱεροσολύμοις πραττομένων Οὐι- C τέλλιος τὴν Ῥώμην κατέλαβεν αὐτοκράτωρ ἀναρρηθείς. Οὐεσπασιανῷ δὲ μαθόντι ταῦτα οὐκ ἤρεσκε, καὶ ἀπηξίου δεσπότην ἔχειν τὸν Οὐιτέλλιον. οἱ δ' ἡγεμόνες τῶν σὺν αὐτῷ ταγμάτων

8 τοῖς om A. 20 ἑαυτὸν A. 24 σὺν] ὑπ' A.

itinere Galbae quoque caede cognita ad patrem est reversus: neque Hierosolymorum obsidionem tentarunt, ob incertum Romani imperii statum, sed Caesareae quieverunt. Galba sublato Otho factus imperator contra Vitellium, quem Germanicae legiones imperatorem salutarant, copias misit: quibus superatis sibi ipse manus intulit. Vitellius adiunctis etiam Othoniis Romam cum legionibus abiit. Vespasianus vero, si qua Iudaica oppidula nondum expugnata supererant, ea quoque vastavit, ut sola Hierosolyma Romanis expugnanda restarent. quae quidem, ut diximus, pessime se habebant: foris enim Simon cum sua factione Iudaeis formidabilior erat quam Romani, intus vero ii qui se zelotas a studio religionis iactabant eorumque dux Ioannes et Romanis et Simone graviores erant. qui urbanos eo necessitatis adegere, ut populus Simonem cum sua turba in urbem arcesseret, spe ille quidem reprimendae zelotarum tyrannidis: sed non animadvertit se graviorem suis cervicibus tyrannum imposuisse. dum haec Hierosolymis geruntur, Vitellius Romam profectus imperator appellatur. quem cum Vespasianus

Digitized by Google

ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ στρατιῶται συνελθόντες ἀναγορεύουσι τὸν Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορα.

19. *Ὁ δὲ μέλλων ἤδη ἐκπλεῖν, τῷ υἱῷ Τίτῳ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν ἀνέθετο. ὃς τὰς δυνάμεις συναγαγὼν ἀπῄει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ πρὸ τριάκοντα σταδίων ἐστρατοπεδευκώς, ἐκεῖθεν ἑξακοσίους τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων παραλαβών, ᾔει τὴν πόλιν κατασκεψόμενος καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἐντός.* D *ἐπεκθέουσι δὲ τῆς πόλεως ἄπειροι· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν μετὰ Τίτου μανιώδη τὴν ὁρμὴν τῶν Ἰουδαίων ὁρῶντες ἀνεκόπησαν τοῦ πρόσω χωρεῖν, ὁ Τίτος δὲ μετ' ὀλίγων τῶν ἄλλων ἀποτμηθεὶς εἰς μέσους τοὺς πολεμίους ἐμπεριείληπτο. καὶ γνοὺς ἐν κινδύνῳ τὰ κατ' αὐτόν, ἐπιστρέφει τὸν ἵππον, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐμβοήσας ἕπεσθαι, ἐμβάλλει τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τῷ ξίφει τοὺς ἐπιόντας ἀναστέλλων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον διασώζεται, δύο πεσόντων ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτῷ.*

Μεθ' ἡμέραν οὖν ἐπὶ τὸν σκοπὸν ἐλθών (τόπος δ' ἐστὶν οὕτω καλούμενος διέχων τῆς πόλεως σταδίους ἑπτά, ὅθεν ἥ τε πόλις καὶ ὁ ναὸς καταφαίνεται) περιβαλέσθαι κελεύει στρατόπεδον. P I 293 *τῶν δ' ἐν τῇ πόλει συρρηγνυμένων ἀλλήλοις ἀεί, τότε πολὺς ἐπελθὼν ὁ ἔξωθεν πόλεμος τὴν ἔριν ἀνέπαυσεν. ἐμάχοντο οὖν τοῖς βαλλομένοις στρατόπεδον οἱ Ἰουδαῖοι τῆς πόλεως ἐκτρέχοντες καὶ ἐκάκουν τοὺς ἐναντίους, μᾶλλον δ' ἐκακοῦντο αὐτοί.*

21 οἱ om A.

Fontes. *Cap. 19. Iosephi de bello Iudaico* 5 1—7 § 4.

eo nuntio minime delectatus dominum habere recusaret, a suis ducibus et militum consensu imperator salutatur.

19. Soluturus filio Tito Hierosolymorum obsidionem mandat. qui contractis in unum copiis Hierosolyma contendit, et triginta ab urbe stadiis castrametatus, 600 equitibus assumptis ad urbem speculandam et animos hostium periclitandos abit. statim vero infiniti ex urbe procurrunt. ac plurimi ex Titi equitibus furiosum Iudaeorum impetum cernentes substiterunt, ipse vero cum paucis avulsus a caeteris undique ab hostibus circumventus, animadverso periculo convertit equum et suis sequi iussis in Iudaeos irruit, atque obviis quibusque gladio propulsatis salvus in castra revertitur, duobus duntaxat comitum suorum caesis.

Postridie conscenso loco qui speculator dicitur, 7 stadiis ab urbe distans, unde et urbs et templum spectatur, castra muniri iubet. urbani vero subinde prius inter se dimicare soliti, ob ingentem externi belli procellam dirempta lite urbe excurrunt, cum iis qui vallum muniunt dimicant, et dum hostes cladibus afficiunt, pluribus ipsi affi-

Digitized by Google

λωφήσαντος δὲ πρὸς βραχὺ τοῦ θύραθεν πολέμου, πάλιν τοῖς ἔνδον ἡ στάσις ἠγείρετο. καὶ δόλῳ τὸ ἱερὸν ὁ Ἰωάννης σὺν τοῖς ζηλωταῖς κατασχών, πολλῶν ἀναιρεθέντων, κατεθάρρει τοῦ Σίμωνος.

Ὁ δὲ Τίτος ἐξομαλίσαι προσέταξε τὸ ἀπὸ τοῦ σκοποῦ μέχρι τοῦ τείχους διάστημα. καὶ τὸ μὲν ἐγίνετο, Ἰουδαίοις δὲ κατὰ Ῥωμαίων ἐνέδρα τις μεμηχάνητο. οἱ γὰρ τολμηρότεροι τῶν στασιαστῶν προελθόντες τῆς πόλεως, ὡς ἐκβεβλημένοι δῆθεν ὑπὸ τῶν τὰ εἰρηνικὰ φρονούντων, περὶ τὸ τεῖχος ἦσαν εἰλούμενοι· B ἄλλοι δὲ στάντες ἐπὶ τοῦ τείχους, ὡς ἐκ τοῦ δήμου τυγχάνοντες, εἰρήνην ἐβόων καὶ δεξιὰν ᾐτοῦντο, καλοῦντες τοὺς Ῥωμαίους ὡς τὰς πύλας ἀνοίξοντες. τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις οὐδὲν ὑπωπτεύετο, καὶ ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἔργον, Τίτῳ δὲ δι' ὑποψίας ἦν τῆς ἐπικλήσεως τὸ παράλογον. πρὸ μιᾶς γὰρ ἡμέρας διὰ τοῦ Ἰωσήπου ἐπὶ συμβάσεις αὐτοὺς προκαλούμενος, οὐδὲν φρονοῦντας εὕρισκε μέτριον. μένειν οὖν κατὰ χώραν τοὺς στρατιώτας ἐκέλευε. φθασάντων δέ τινων πρὸς τὰς πύλας δραμεῖν, τὸ μὲν πρῶτον οἱ ἐκβεβλῆσθαι δοκοῦντες ὑπέφευγον, ὡς δὲ μεταξὺ τῶν τῆς πόλεως ἐγένοντο πύργων, ἐξέθεον καὶ ἐκύκλουν αὐτούς. W I 210 C καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ τείχους βέλη κατ' αὐτῶν ἠφίεσαν καὶ λίθους ἠκόντιζον καὶ ἀνεῖλον συχνοὺς καὶ πλείους κατέτρωσαν. καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἐσκίρτων τοὺς θυρεοὺς ἀνασείοντες, τοῖς δὲ στρατιώταις ὁ Τίτος ἠπείλει καὶ οἱ ταξίαρχοι.

1 τοῦ] τὸ A. 9 τὰ om A. 15 συμβάσει A: Iosephus συμβάσεις.

ciuntur. externo bello paulisper quiescente seditio rursus exoritur; et Ioannes cum zelotis templo multis caesis per dolum occupato Simoni se opponere ausus est.

Dum autem intervallum, quod a speculatore ad moenia pertinet, Titi iussu exaequatur, Iudaei Romanis insidias struunt. nam audaciores e seditiosis urbem egressi, quasi a pacis studiosis eiecti essent scilicet, iuxta moenia versabantur; alii in moenibus stantes quasi ex plebe homines pacem clamabant et dexteram petebant, Romanosque vocabant, quasi portas aperturi essent. ac milites quidem nihil suspicati opus aggrediebantur, Titus autem inexspectatam vocationem suspectam habebat: nam cum eos pridie per Iosephum ad pactiones provocasset, nihil moderati responsi acceperat. milites igitur suo loco manere iussit. sed cum quidam ad portas iam procurrissent, ii qui se eiectos esse fingebant refugiebant: ut vero intra urbis turres illi pervenerant, excurrerunt eosque circumvenerunt. qui vero in moenibus erant, tela et saxa contra eos iaculantes occiderunt multos, plures convulnerarunt. quo successu Iudaei exsultabant et scuta concutiebant: Titus vero et centuriones milites castigabant.

Digitized by Google

Ἤδη δὲ τοῦ πρὸ τῶν τειχῶν χώρου ἐξισωθέντος, ἐκεῖ μεταθεῖναι βουλόμενος τὸ στρατόπεδον, τὸ καρτερώτατον τῆς δυνάμεως ἀντιπαρεξέτεινε τῷ τείχει, καὶ οὕτω πεφραγμένων Ἰουδαίοις τῶν ἐκδρομῶν, ἐστρατοπεδεύσαντο οἱ Ῥωμαῖοι ἐκεῖ. τρισὶ δὲ τείχεσιν ἡ πόλις περιεβέβλητο· ὅπου δ' ἡ φύσις τοῦ τόπου ταύτην ὠχύρου, ἑνὶ περιβόλῳ διέζωστο. οὕτω δ' ἐχούσης τῆς D πόλεως ἄπορος ἐδόκει τῷ Τίτῳ ἡ προσβολή. τέως δ' οὖν ἔδοξε κατὰ τὸ Ἰωάννου τοῦ ἀρχιερέως μνημεῖον προσβάλλειν. καὶ τοῖς τάγμασι δῃοῦν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἐγκελεύεται, συμφορεῖν τε τὴν ὕλην, ἵν' ἐγείροιεν χώματα. καὶ οἱ μὲν εἰς ἔργον ἦγον τὸ κέλευσμα, τῶν δὲ χωμάτων ἐγηγερμένων προσάγειν τοὺς κριοὺς ὁ Τίτος προσέταττε καὶ τύπτειν τὸ τεῖχος.

Ἤδη τῶν κριῶν ἠργμένων τριχόθεν, ἐξαισίου τε κτύπου τὴν πόλιν περιηχήσαντος, κραυγὴ παρὰ τῶν ἔνδον ἤρθη, καὶ οἱ στασιασταὶ δείσαντες ὡμονόησαν, κοινὴν τὴν ἄμυναν πρὸς τοὺς πολεμίους ποιεῖσθαι συνθέμενοι. τῶν γε μὴν κριῶν τυπτόντων P I 294 οὐχ ὑπεδίδου τὸ τεῖχος πληττόμενον, γωνία δέ τις μόνον ἑνὸς τῶν πύργων παρακεκίνητο, τὸ δὲ τεῖχος ἀκέραιον ἦν. Ἰουδαῖοι δὲ τοὺς Ῥωμαίους ἐσκεδασμένους παρατηρήσαντες κατὰ τὸ στρατόπεδον, ἐκθέουσι πάντες, πῦρ ταῖς μηχαναῖς ἐπιφέροντες. δεινὴ δὲ περὶ τὰς ἑλεπόλεις μάχη συνέπεσε, τῶν μὲν ὑποπιμπρᾶν, τῶν δὲ κωλύειν βιαζομένων· Ἰουδαῖοι δὲ ὑπερεῖχον ἐξ ἀπονοίας. καὶ τὸ πῦρ τῶν ἑλεπόλεων ἥπτετο, καὶ εἰ μὴ ὁ Τίτος σὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐπεβοήθησε, καὶ κατεφλέγησαν ἄν. νῦν δὲ τῶν προμάχων

3 πεφραγμένων AW, πεπραγμένων P.

Eo spatio quod ante moenia est complanato Titus copiarum robur ad muros extendit, obstructisque Iudaeorum excursionibus castra ibi posuit. urbs triplici muro circumdata fuit, ubi vero situ ipso muniebatur, simplici duntaxat. quod cum ita esset, oppugnatio difficillima Tito videbatur. sed tamen visum est iuxta Ioannis pontificis monimentum eam adoriri. ac legiones suburbana vastare iubet materiamque ad excitandos aggeres comportare. quo facto et aggeribus exstructis Titus arietes admoveri ac muros pulsari iussit.

Iam cum arietes tribus ex partibus moenia ferire coepissent, et inusitatus fragor urbem circumsonuisset, clamore ab obsessis sublato seditiosi territi se hostes communi ope propulsaturos esse pepigerunt. murus tamen ictibus arietum non cessit, angulo duntaxat turris unius emoto, muro incolumi. Iudaei vero cum Romanos in castris dissipatos observassent, excurrunt omnes et ignem machinis iniiciunt. ubi atrox pugna exorta est, his eas incendere, illis incendium cohibere conantibus. sed Iudaei ex desperatione superiores fuerunt, et machinae iam ardebant, ac nisi Titus cum equitibus subsidio venisset, conflagrassent.

Digitized by Google

τῶν Ἰουδαίων πεσόντων ὡς δώδεκα, οἱ λοιποὶ ἐνέκλιναν καὶ συνηλάθησαν εἰς τὴν πόλιν. ζωγρηθεὶς δὲ τῶν Ἰουδαίων εἷς πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσταυρώθη, εἰ πρὸς τὴν ὄψιν οἱ λοιποὶ καταπλαγέντες ἐνδοῖεν. πύργους δὲ πεντήκοντα πηχέων ἕκαστον ἐκ ξύλων τοῦ Τίτου κατασκευάσαντος καὶ τοῖς χώμασιν αὐτοὺς ἐπι- B στήσαντος οὐκέτι ἐκώλυον Ἰουδαῖοι τὰς ἐμβολὰς τῶν κριῶν, ἐκ τῶν πύργων βαλλόμενοι καὶ κακούμενοι. ἤδη δὲ τῷ Νίκωνι τοῦ τείχους ἐνδιδόντος (αὐτοὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὴν μεγίστην ἑλέπολιν τῶν Ῥωμαίων οὕτως ἐκάλεσαν) μαλακισθέντες ἀνεχώρουν οἱ πολλοί. καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιβάντων αὐτοῦ, πάντες εἰς τὸ δεύτερον ἀναφεύγουσι τεῖχος.

Καὶ οὕτως οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ πρώτου τείχους ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις ἐκράτησαν. ἐντεῦθεν αὐτοῖς κατὰ τοῦ δευτέρου τείχους ἐγένοντο προσβολαί. καὶ προσάγεται ἡ ἑλέπολις· σαλευομένου δὲ τοῦ πύργου καθ' οὗ τὰς ἐμβολὰς ἐποιεῖτο, οἱ μὲν ἄλλοι C πεφεύγασι, (20) Κάστωρ δέ τις ἀνὴρ γόης μεθ' ἑτέρων δέκα προτείνων τὰς χεῖρας ὡς ἱκετεύων ἐκάλει τὸν Τίτον. ὁ δὲ πιστεύσας ἐπέχει τὴν ἐμβολὴν τοῦ κριοῦ. καὶ ὁ Κάστωρ καταβῆναι βούλεσθαι ἐπὶ δεξιᾷ ἔλεγε, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δέκα οἱ μὲν τὴν ἱκεσίαν συνυπεκρίνοντο, οἱ δ' οὐκ ἄν ποτε δουλεύσειν Ῥωμαίοις ἐβόων. τριβομένης δ' ἐν τούτοις τῆς ὥρας, ὁ Κάστωρ ἐδήλου τῷ Σίμωνι, περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύεσθαι, ὡς ἐμπαί-

1 συνέκλιναν A. 16 γόης ἀνὴρ A.

Fontes. *Cap.* 20. *Iosephi de bello Iudaico* 5 7 § 4—10 § 5.

nunc vero propugnatoribus Iudaeorum circiter duodecim caesis, reliqui in urbem sunt compulsi. unus Iudaeus vivus captus ante moenia in crucem actus est, ut eo adspectu perculsi caeteri se dederent. sed cum Titus ligneas turres singulas 50 cubitum in aggeribus collocasset, Iudaei arietum impetum non amplius prohibuerunt, cum ex illis ferirentur ac male tractarentur. iam vero muro etiam a Nicone (sic enim ipsi Iudaei Romanorum maximam vocabant machinam) labefactato, plerique debilitatis animis recesserunt, eodemque a Romanis occupato in alterum murum confugerunt.

Muro primo 15 diebus capto, secundus etiam adducta machina oppugnari coeptus. ac turri quadam labefactata alii fugerunt, (20) Castor vero quidam, homo impostor, cum aliis decem suppliciter extentis manibus Titum vocat: cui ille fide adhibita, machinae ictum inhibuit. Castor se descensurum professus est ad petendam dexteram. illi vero decem partim supplicem cum eo gestum simulabant, partim se nunquam Romanis servituros clamitabant. quare dum tempus teritur, Castor Simonem monet ut quid facto sit opus deliberet, dum

Digitized by Google

ζοντος Ῥωμαίοις αὐτοῦ καὶ τὸ σφῶν ἐπέχοντος ὅρμημα. τέλος δὲ γνωσθεὶς ἀπάτῃ τὸν καιρὸν παρέλκων, παρώξυνε τοὺς Ῥωμαίους τὰς ἐμβολὰς τοῦ κριοῦ ποιεῖσθαι δυνατωτέρας. ἑάλω D τοίνυν καὶ τὸ δεύτερον τεῖχος ἡμέρᾳ πέμπτῃ μετὰ τὸ πρῶτον. παρελθὼν δ' ἐντὸς ὁ Τίτος, κτείνειν τε τοὺς καταλαμβανομένους ἐκώλυσε, καὶ μηδὲ τὰς οἰκίας ὑποπιμπρᾶν τοῖς στρατιώταις ἐκέλευσεν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦ τείχους πολὺ μέρος καθαιρεθῆναι ἠθέλησε· περὶ πλείονος γὰρ ἐποιεῖτο τὴν μὲν πόλιν ἑαυτῷ περισῶσαι, W I 211 τῇ πόλει δὲ τὸν ναόν. ἐπιτίθενται τοίνυν οἱ στασιασταὶ τοῖς ἐπελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν Ῥωμαίοις, καὶ οἱ μὲν κατὰ τοὺς στενωπούς, οἱ δ' ἐκ τῶν οἰκιῶν, οἱ δ' ἐκ τοῦ τείχους αὐτοὺς ἔβαλλον. καὶ οἱ τούτου φρουροὶ Ῥωμαῖοι καθαλλόμενοι τῶν πύργων ἀνεχώρουν εἰς τὸ στρατόπεδον. Ἰουδαῖοι δὲ κατ' ἐμπειρίαν τῶν P I 295 στενωπῶν ἐτίτρωσκόν τε πολλοὺς καὶ προσπίπτοντες ἐξώθουν. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν κρατήσαντες καὶ τοῦ δευτέρου τείχους, αὖθις ἐξώσθησαν, ἐπῆρτο δὲ τοῖς στασιασταῖς τὰ φρονήματα. ἤδη δὲ καὶ ὁ λιμὸς ὑφέρπων τὴν πόλιν πολλοὺς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐνδείᾳ τῶν ἐπιτηδείων διέφθειρε. τοῦτο δὲ τοῖς στασιασταῖς καταθύμιον ἦν, μόνους ἀξιοῦσι σώζεσθαι τοὺς τὴν εἰρήνην μὴ θέλοντας, τὴν δὲ τῶν ἄλλων φθορὰν οἰομένοις κουφισμὸν ἑαυτῶν. Ῥωμαῖοι δὲ αὖθις ἀπεπειρῶντο κατασχεῖν τὸ τεῖχος τὸ δεύτερον, οἱ δὲ διεκώλυον· καὶ ἐπὶ τρισὶ μὲν ἡμέραις ἀντέσχον, B τῇ δὲ τετάρτῃ μὴ ἐνεγκόντες τὴν προσβολὴν εἰς τὸ ἐνδότερον μετεχώρησαν.

5 τε om A. 6 ἐκώλυε A. ἀποπιμπρᾶν A. 19 ante σώζεσθαι PW add τοῦ, om A Iosephus. 22 τρισὶ μὲν] τρισὶν A.

ipse Romanorum impetum inhiberet atque eluderet. dolo tandem animadverso Romani concitati, maioreque vi machinis impulsis, etiam secundum murum quinto post primum die ceperunt. Titus ingressus vetuit ne comprehensi caederentur neve aedes incenderentur, neque etiam magnam partem muri dirui voluit. malebat enim urbem sibi, templum urbi conservare. seditiosi vero Romanos urbem ingressos adorti, alii in angiportis, alii ex aedibus, alii ex moenibus feriebant: itaque praesidiarii e turribus desilientes in castra revertebantur. Iudaei vero cum ex notitia angiportuum multos vulnerassent, et Romanos post secundum quoque murum captum fortiter reppulissent, sustulerunt animos; ac fame iam per urbem serpente, multorum bonorum virorum ex annonae penuria interitu seditiosi delectabantur, eos solos salvos esse cupientes qui pacem aversarentur, aliorumque perniciem suam salutem interpretabantur. Romanis vero secundum murum denuo occupare studentibus, triduum restiterunt: quarto die impetum eorum non ferentes in interiorem transierunt.

Digitized by Google

Καὶ πάλιν ὁ Τίτος τοῦ τείχους κρατήσας αὐτίκα τοῦτον καθῄρησε τὸ προσάρκτιον· τῷ λοιπῷ δ' ἐγκαταστήσας φρουράν, τῷ τρίτῳ προσβαλεῖν ἡτοιμάζετο. καὶ διχῇ τὰ τάγματα διελὼν ἐγείρειν ἤρχετο χώματα. τῶν δ' ἐντὸς οἱ μὲν στασιασταὶ ἦσαν ἄτεγκτοι καὶ ἀνένδοτοι, ὁ δὲ δῆμος πρὸς αὐτομολίαν κεκίνητο, καὶ πολλοὶ λανθάνοντες ηὐτομόλουν. οὓς δὲ τοῦτο βουλομένους οἱ στασιάζοντες ἔγνων, ἢ καὶ μόνην ἔσχον ὑπονοίας σκιάν, εὐθέως ἀπέσφαττον· τοῖς δ' εὐπόροις καὶ ψευδῆ τὴν τῆς αὐτομολίας κατηγορίαν προσάπτοντες τοὺς μὲν αὐτίκα διέφθειρον, C τὰς δὲ ἐκείνων οὐσίας διήρπαζον. ὁ λιμὸς δ' ἀκμάζων τὴν τῶν στασιαστῶν ὠμότητα ηὔξανε. δι' ἔνδειαν γὰρ τῶν τροφῶν εἰσπηδῶντες τὰς οἰκίας ἠρεύνων, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἀρνουμένους ἔχειν, εἰ μὲν εὕρισκον, ᾔκιζον, εἰ δὲ οὐχ εὕρισκον, ὡς κρύψαντας ἐπιμελέστερον ἤταζον. ἐποιοῦντο μέντοι τοῦ ἔχειν τροφὰς ἢ μὴ τὰ σώματα τῶν ἀθλίων τεκμήριον. οἷς μὲν γὰρ ἔτι μετῆν ἰσχύος, ἔχειν ἐδόκουν, οἷς δ' ἐξετάκη τὰ σώματα, παρωδεύοντο. εἰ δέ τις εὐπόρησε πυρῶν ἢ κριθῆς, κατακλείσας τὴν οἰκίαν ἤσθιε· τινὲς δ' ὑπὸ βίας τῆς τοῦ λιμοῦ καὶ ἀνέργαστον D τὸν σῖτον προσίεντο· καὶ ἀφήρπαζον ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος τὰς τροφὰς μητέρες βρεφῶν, παῖδες πατέρων, γυναῖκες ἀνδρῶν. καὶ οὕτω δ' ἐσθίοντες, ὅμως τοὺς στασιαστὰς οὐκ ἐλάνθανον. ὅπου δὲ κεκλεισμένην οἰκίαν κατίδοιεν ἢ καπνὸν ἀποθρώσκοντα,

7 ἔγνων] εὕρισκον A. 18 τῆς om A.

Titus iterum potitus moenibus quantum ad septentrionem spectat diruit, reliquis partibus praesidio imposito ad tertium oppugnandum se paravit. et legiones bifariam dispertitus aggeres excitare coepit. ex iis qui intus erant seditiosi pertinaciter resistebant, populus vero transfugium spectabat, ac multi sane clam transfugiebant. quod qui in animo habere videbantur, aut umbram tantum suspicionis praebebant, iugulabantur statim, eorumque bona diripiebantur. locupletes vero, etiam falso transfugii crimine conficto, statim caedebantur, ut res eorum familiaris praedae esset. eam seditiosorum crudelitatem fames augebat. nam ob cibariorum penuriam in aedes insiliebant, easque pervestigabant: quarum habitatores se habere negantes, si quid reperiebant, excruciabant; si nihil, torquebant, quasi accuratius occultassent; et utrum miseri alimoniam haberent necne, e corporibus eorum coniecturam capiebant. nam quibus adhuc aliquid virium supererat, habere putabantur; quorum vero corpora contabuerant, praeteribantur. si cui vero triticum aut hordeum suppetebat, is eo clausis aedibus vescebatur. aliqui etiam ob famis violentiam rude triticum comedebant. cibosque ex ore infantium matres, liberi parentum, uxores maritorum rapiebant: et cum ita ederent, tamen seditiosos latere non poterant. sicubi enim clausam domum aut fumum exsilientem conspexissent, id argumentum putabant

Digitized by Google

σημεῖον ταῦτ᾽ ἐποιοῦντο τοῦ τοὺς ἐντὸς ἐσθίειν, καὶ ῥήσσοντες
τὰς θύρας ἐκ τῶν φαρύγγων αὐτῶν ἀνέφερον τὰς τροφάς· οὐδέ
τις ἦν οἶκτος ἢ πολιᾶς ἢ νεότητος. τοῖς δὲ φθάσασι προβε-
βρωκέναι τὸ ἐσθιόμενον δεινὰς ἐπῆγον ὡς ἀδικοῦσι καὶ ἀπηνεῖς
P I 296 τιμωρίας, ὀρόβοις τοὺς αἰδοίων πόρους ἐμφράττοντες καὶ τὰς
26. Κατὰ ταύτας οὖν τὰς ἡμέρας οἱ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμόνες πέμψαντες ἄνδρας πέντε πρὸς Τίτον ἱκέτευον δοῦναι αὐτοῖς δεξιάν. ὁ δὲ καὶ τοὺς τυράννους ἐνδώσειν ἐλπίσας ἀποσπασθέντων τῶν Ἰδουμαίων, κατανεύει τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς. καὶ ὁ Σίμων γνοὺς τὴν γνώμην αὐτῶν, τοὺς μὲν πέντε τοὺς ἐντυχόντας τῷ Τίτῳ αὐτίκα ἀναιρεῖ, τοὺς δ' ἡγεμόνας συλλαβὼν εἵργνυσιν· Ἰδουμαίους δὲ οὐκ ἀφυλάκτους εἶχε, καὶ τὸ τεῖχος φρουραῖς ἐπιμελεστέραις διελάμβανε διὰ τοὺς αὐτομολοῦντας. πολλῶν δὲ φονευομένων, πλείους ἦσαν οἱ διαφεύγοντες. ἐδέχοντο δὲ οἱ C Ῥωμαῖοι πάντας κόρῳ τοῦ κτείνειν καὶ κέρδους ἐλπίδι. τοὺς γὰρ δημοτικοὺς ἐῶντες μόνους, τοὺς ἄλλους ἐπώλουν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἐλαχίστης τιμῆς ἕκαστον, διὰ πλῆθος τῶν πωλουμένων καὶ ὀλιγότητα τῶν ὠνουμένων. καὶ τῶν μὲν ἀπεμποληθέντων ἄπειρόν τι πλῆθος ἦν, οἱ δημοτικοὶ δὲ διεσώθησαν ὑπὲρ τετρακισμυρίους. τῶν ἱερέων δέ τις ὄνομα Ἰησοῦς, λαβὼν περὶ σωτηρίας ὅρκον ὥστε τινὰ παραδοῦναι τῶν κειμηλίων, ἔξεισι καὶ παραδίδωσι λυχνίας δύο τράπεζάν τε καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας, πάντα ὁλόχρυσα, καὶ τὰ καταπετάσματα καὶ τὰ τῶν ἀρχιερέων W I 218 ἐνδύματα καὶ πολλὰ τῶν σκευῶν ἕτερα. ὁ δέ γε γαζοφύλαξ τοῦ D

16 καὶ alterum add A. 21 τὰ prius om A.

Fontes. *Cap. 26. Iosephi de bello Iudaico* 6 8 § 2—7 2 § 2 et 5 § 6.

inter se de rapinis bellum gerebant. Caesar vero cum urbs superior in praecipiti sita loco sine aggeribus capi non posset, copiis opus distribuit.

26. Iis diebus Idumaeorum principes quinque legatis ad Titum missis supplices pacem petierunt: qui etiam tyrannos Idumaeis avulsis pertinaciam abiecturos sperans, incolumitatem illis promisit. at Simon eorum consilio cognito quinque legatos statim occidit, duces in carcerem compingit, Idumaeos observari iubet, et moenia praesidiis accuratioribus munit propter transfugas. sed quamvis multi occiderentur, plures erant qui diffugerent atque a Romanis ob caedium satietatem et lucri spem susciperentur. nam solis plebeiis retentis caeteros cum uxoribus et liberis minimo vendebant, ob mancipiorum multitudinem et emptorum paucitatem. eorum qui venditi sunt multitudo infinita fuit: e plebeiis ultra 40 milia sunt conservati. quidam sacerdos nomine Iesus pacta incolumitate duo candelabra tradidit, mensam crateres et phialas, ex solido auro omnia, nec non aulaea, pontificias vestes et multa alia

Digitized by Google

ἱεροῦ Φινεὲς συλληφθεὶς τούς τε χιτῶνας καὶ τὰς ζώνας τῶν ἀρχιερέων ὑπέδειξε καὶ τῶν ἄλλων κειμηλίων πολλά.

Συντετελεσμένων δὲ ἤδη τῶν χωμάτων προσῆγον οἱ Ῥωμαῖοι τῷ τείχει τὰς μηχανάς. τῶν δὲ στασιαστῶν οἱ μὲν ἀνεχώρουν εἰς τὴν ἄκραν, οἱ δ' ἐγκατεδύοντο τοῖς ὑπονόμοις, πολλοὶ δὲ καὶ ἠμύνοντο. ὡς δὲ περιερράγη μέρος τοῦ τείχους, δέος καὶ τοῖς τυράννοις ἐμπίπτει, καὶ μετέωροι πρὸς φυγὴν ἦσαν. ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν πάλαι πιστοὺς οὐκ εἶχον (ἐσκεδάσθησαν γάρ), οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον εἶναι ἠγγέλλοντο, ἐπὶ στόμα πεσόντες ἀνῴμωξαν τὴν ἑαυτῶν φρενοβλάβειαν, κἀκ τῶν πύργων ἑκόντες
P I 306 κατέβησαν, ἀφ' ὧν βίᾳ μὲν οὐδέποτε ἁλῶναι ἠδύναντο, λιμῷ δὲ μόνῳ, καὶ εἰς τὴν Σιλωὰμ φάραγγα καταφεύγουσιν, εἶτα κατέδυσαν εἰς τοὺς ὑπονόμους. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν τειχῶν κρατήσαντες ἀναιμωτί, τοὺς καταλαμβανομένους ἐφόνευον καὶ τὰς οἰκίας ὑφῆπτον. ἐπαύσαντο δὲ πρὸς ἑσπέραν. τῇ δ' ἐπιούσῃ παρελθὼν ὁ Τίτος εἴσω, τῆς τε ὀχυρότητος τὴν πόλιν καὶ τῶν πύργων ἐθαύμασε, καί "σὺν θεῷ ἐπολεμήσαμεν" ἔφη, "καὶ θεὸς ἦν ὁ τῶνδε τῶν ἐρυμάτων Ἰουδαίους καθελών." τήν ἄλλην τε πόλιν ἀφανίζων καὶ τὰ τείχη κατασκάπτων τούτους τοὺς πύργους κατέλιπε μνημεῖον εἶναι τῆς αὐτοῦ τύχης, ᾗ συστρατιώτιδι χρησάμενος ἐκράτησε τῶν ἁλῶναι μὴ δυναμένων.

B Τῶν μὲν οὖν αἰχμαλώτων πάντων, οἳ δι' ὅλου τοῦ πολέμου ἐλήφθησαν, ὁ ἀριθμὸς εἰς ἐννέα μυριάδας καὶ ἑπτακισχι-

3 δὲ om A. 5 δὲ κατεδύοντο A. 11 ἐφ' Iosephus.

vasa. sacri thesauri custos Phinees comprehensus tunicas et cingula pontificia ac plures alias res pretiosas demonstravit.

Aggeribus iam confectis Romani machinas ad muros adduxerunt. at seditiosi partim in arcem recedebant, partim in subterraneis meatibus se abdebant, multi propugnabant. sed muri parte abrupta etiam tyrannis metus incessit ut fugae consilia agitarent. cum enim eos quorum fideli opera pridem usi fuerant non haberent (nam dispersi erant), et hostes in propinquo esse nuntiarentur, in faciem prolapsi vecordiam suam deplorarunt, atque ultro e turribus descenderunt, e quibus vi nunquam sed sola fame depelli potuissent, et in vallem Siloam confugerunt, deinde meatus subierunt. Romani moenibus citra sanguinem potiti deprehensos trucidabant, atque aedes incendebant: sed ante vesperam desierunt. postridie Titus urbem ingressus et munitiones ac turres admiratus "deo" inquit "iuvante bellum gessimus: deus fuit qui Iudaeos munitionibus istis expulerit." cum autem urbem alibi deleret et moenia everteret, eas turres fortunae suae monimentum reliquit, qua adiutrice iis potitus esset quae expugnari non possent.

Totius belli tempore virorum capta sunt ad nonaginta septem milia: totius obsidionis tempore undecies centena hominum milia perie-

Digitized by Google

λίους συνήχθη, τῶν δὲ ἀπολλυμένων κατὰ πᾶσαν τὴν πολιορκίαν μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. τούτων τὸ πλέον ὁμόφυλον μέν, ἀλλ' οὐκ ἐπιχώριον· ἀπὸ γὰρ τῆς χώρας ὅλης ἐπὶ τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν συνεληλυθότες ἐξαπίνης τῷ πολέμῳ περιεσχέθησαν, καὶ μεστὴν ὁ πόλεμος τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἐκυκλώσατο.

Ἐπεὶ δὲ τῶν φανερῶν οὓς μὲν ἀνεῖλον οὓς δ' ᾐχμαλώτισαν Ῥωμαῖοι, τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις ἀνηρεύνων, καὶ ἀναρρηγνύντες τὸ ἔδαφος, ὅσοις ἐνετύγχανον ἔκτεινον. εὑρέθησαν δὲ κἀκεῖ νεκροὶ δισχιλίων ἐπέκεινα. δεινὴ δὲ ὑπήντα τοῖς ἐπικύπτουσι C τῶν σωμάτων ὀδμή, ὡς πολλοὺς εὐθέως ἀναχωρεῖν. ἄλλοι δ' ὑπὸ πλεονεξίας εἰσεδύοντο, σωρείαις ἐμπατοῦντες νεκρῶν· εὕρισκον γὰρ πολλὰ τῶν κειμηλίων ἐν ταῖς διώρυξιν. ἀνήγοντο δὲ καὶ πολλοὶ ὑπὸ τῶν τυράννων κατεχόμενοι δεσμῶται καὶ ἀπελύοντο.

Τούτων δὲ τῶν ἀλαστόρων ὁ μὲν Ἰωάννης ἐν τοῖς ὑπονόμοις μετὰ τῶν ἀδελφῶν λιμώττων δεξιὰν παρὰ Ῥωμαίων λαβεῖν ἱκέτευε, Σίμων δὲ μετέπειτα συνελήφθη, τοῦ Τίτου διάγοντος εἰς τὴν Φιλίππου λεγομένην Καισάρειαν. πολιορκουμένων γὰρ Ἱεροσολύμων ἐπὶ τῆς ἄνω πόλεως ὤν, τῶν Ῥωμαίων ἐντὸς γενομένων τῆς πόλεως, ὁ Σίμων τοὺς πιστοτάτους παραλαβὼν τῶν D φίλων, καὶ σὺν αὐτοῖς λιθοτόμους καὶ τὸν πρὸς τὴν ἐργασίαν ἐπιτήδειον τούτοις σίδηρον, εἴς τινα τῶν ὑπονόμων σὺν ἐκείνοις καθίησιν ἑαυτόν, καὶ τὸ παλαιὸν ὄρυγμα διελθὼν τὴν γῆν ὑπενό-

4 συνεσχέθησαν A. 6 Ἐπὶ γοῦν τῶν φανερῶν Iosephus. 9 ἐπικρύπτουσι W. 17 ἱκέτευσε A: utrumque in Iosephi codicibus. τοῦ] καὶ τοῦ A.

runt. quorum plerique gentiles erant sed non indigenae: nam e tota provincia ad festum azymorum congressos bellum subito oppresserat, et viris plenam urbem circumvallarat.

Romani cum ex manifestis alios sustulissent alios cepissent, in cavernis delitescentes indagabant, perruptoque solo obvios quosque trucidarunt. ibi quoque cadaverum ultra duo milia sunt reperta. ac subeuntibus teter occurrit foetor, ut multi recederent. sed alii prae avaritia intrabant, mortuorum cumulos calcantes: nam in iis cavernis multa ornamenta reperiebantur. multi etiam educebantur et dimittebantur quos tyranni captivos tenuerant.

Ex iis patriae pestibus Ioannes cum fratribus in cavernis esuriens pacem a Romanis supplex petiit, Simon postea comprehensus est Tito Caesareae Philippi degente. nam cum Hierosolyma obsiderentur atque urbem Romani intrassent, in superiore eius parte degens Simon assumptis amicorum intimis unaque lapicidis et ferramentis idoneis in quandam cavernam se demisit, et vetere fossa perambulata terram ex-

Digitized by Google

μενεν, ἵνα πορρωτέρω προελθόντες ἐν ἀσφαλείᾳ ποιήσωνται τὴν
ἀνάδυσιν. ὀλίγον μέντοι τῶν μεταλλευόντων προχωρησάντων ἡ
τροφὴ αὐτοὺς ἐπιλέλοιπε. τότε δὴ λευκοὺς ἐνδύεται χιτωνίσκους,
καὶ χλαμύδα πορφυρᾶν ἐμπερονησάμενος ἀνέδυ τῆς γῆς κατ' ἐκεῖ-
νον τὸν τόπον ἐν ᾧ πρόσθεν τὸ ἱερὸν ἦν. πρῶτον μὲν οὖν θάμ-
P I 306 βος τοῖς ἰδοῦσι προσέπεσεν, εἶτα δ' ἐγγυτέρω προσιόντες ὅστις
εἴη ἠρώτων. Σίμων δὲ καλεῖν τὸν ἄρχοντα σφῶν προσέταττε.
W I 219 καὶ ἧκε κληθεὶς Τερέντιος Ῥοῦφος, ὃς ἄρχων τῆς στρατιᾶς
κατελέλειπτο. ᾧ γνωρίσας ὅστις ἦν ὁ Σίμων συνελήφθη καὶ
δεθεὶς ἐφυλάττετο. τῷ δέ γε Τίτῳ ἡ σύλληψις αὐτοῦ ἐδηλώθη.
καὶ ὁ μὲν εἰς τὸν θρίαμβον ἐτηρεῖτο, καθ' ὃν καὶ ἀνῃρέθη ἀγχόνῃ
συρεὶς ἐν τῇ κατὰ τὴν Ῥώμην ἀγορᾷ, ὅπου κτείνειν Ῥωμαίοις
εἴθισται τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ θανατουμένους.

Τοῦτο μὲν οὖν γέγονε τέλος τῷ τοῦ Γιώρα Σίμωνι· Ἰωάν-
νης δέ, ἡ λοιπὴ τῶν Ἰουδαίων ἐριννύς, δεσμὰ κατεκρίθη διη-
B νεκῆ. τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος τὸ μὲν εἰς τὰ κατ' Αἴγυ-
πτον ἔργα ἐστάλη, τὸ δὲ ἐν ταῖς κατὰ πόλεις τελουμέναις θεω-
ρίαις ἐφθείρετο ἢ θηριομαχίαις ἐκδιδόμενον ἢ ἀλληλοκτονούμενον.
ἡ δὲ τοῦ Σίμωνος γῆθεν ἀνάδυσις πολὺ καὶ τῶν ἄλλων στασια-
στῶν πλῆθος εὑρίσκεσθαι κατὰ τοὺς ὑπονόμους ἐποίησεν, ὡς ἐν-
τεῦθεν καὶ τὰ τοῦ ναοῦ ἀνορυχθῆναι θεμέλια.

27. Οὐ μόνον δὲ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίοις ἐπήγνυτο κίνδυνος, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι. πάντα δὲ διηγή-

3 αὐτοῖς A. 4 ἐνέδυ A. 9 καταλέλειπτο A. 10 ἐδηλοῦτο A. 22 ἐπῆκτο A.

Fontes. *Cap.* 27. *Iosephi de bello Iudaico* 7 3—5 § 2.

cavavit, ut cuniculis longe promotis tuto loco emergerent. sed paulum progressis metallicis commeatu destitutus, candida indutus tunica et chlamyde purpurea infibulatus, eo in loco e terra emersit ubi templum dudum fuerat. quem qui viderunt, primum stupore correpti sunt: deinde propius accesserunt, interrogantes quis esset. Simon cum ducem vocari iussisset, Terentius Rufus (hunc enim Titus exercitui praefecerat) arcessitus Simonem audito eius sermone in vincula coniectum Titi iussu ad triumphum asservavit. in quo laqueo enectus est, per id forum tractus ubi de maleficis supplicium sumitur.

Hic fuit exitus Simonis Giorae. Ioannes vero, altera Iudaeorum furia, ad perpetuum carcerem est damnatus. captivorum multitudo partim ad Aegyptia metalla missa est, partim in spectaculis urbium interfecta, seu cum feris seu inter sese dimicando. Simonis ex terra emersio in causa fuit ut caeterorum etiam seditiosorum magna turba in meatibus inveniretur: unde etiam templi fundamenta sunt suffossa.

27. Neque vero Hierosolymitani duntaxat Iudaei discrimina subierunt, sed aliarum quoque urbium incolae: quae difficile fuerit

Digitized by Google

σασθαι δύσεργον· τὰ δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας τοῖς ἐκείνην οἰκοῦσιν Ἰουδαίοις συμβεβηκότα διηγητέον. πολὺ μὲν γὰρ ἀνὰ πᾶσαν C τὴν οἰκουμένην τὸ Ἰουδαίων ἔθνος κατέσπαρται, πολλάκις αἰχμαλωτισθέν, ὡς ἤδη ἱστόρηται, καὶ σκεδασθὲν πανταχοῦ· πλεῖστον δὲ τῇ Συρίᾳ ἐγκαταμέμικται κατὰ τὴν γειτνίασιν, μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων ταύτης πόλεων Ἀντιόχεια κατοίκους Ἰουδαίους ἐκέκτητο, διά τε τὸ τῆς πόλεως μέγεθος καὶ ὅτι ἀδεᾶ τὴν κατοίκησιν ἐν αὐτῇ παρέσχον αὐτοῖς οἱ μετ' Ἀντίοχον βασιλεῖς. ὁ μὲν γὰρ ἐπιφανὴς Ἀντίοχος τά τε Ἱεροσόλυμα ἐξεπόρθησε καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησεν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεῖς ἐξ ἴσου τοῖς Ἕλλησι μετέχειν τῆς πόλεως αὐτοῖς συνεχώρησαν. διὸ καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκαν, D πολὺ πλῆθος Ἑλλήνων προσαγόμενοι τῇ θρησκείᾳ.

Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πόλεμος ἐξερράγη, καὶ εἰς τὴν Συρίαν κατέπλευσεν Οὐεσπασιανός, τὸ δὲ μῖσος κατὰ τοῦ ἔθνους παρὰ πᾶσιν ἤκμαζε, τότε δή τις Ἰουδαῖος Ἀντίοχος, υἱὸς τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίων τοῦ πρώτου, εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀντιοχέων παρελθὼν κατηγόρει μὲν τοῦ πατρός, κατηγόρει δὲ καὶ τῶν λοιπῶν Ἰουδαίων, ὅτι καταπρῆσαι τὴν πόλιν ἅπασαν ἐβουλεύσαντο, καὶ παρεδίδου ξένους Ἰουδαίους τινὰς ὡς τοῦ βουλεύματος κοινωνούς. τὸ δὲ τῶν Ἀντιοχέων δημοτικὸν τοὺς μὲν παραδοθέντας αὐτίκα κατέκαυσαν, κατὰ δὲ τῶν αὐθιγενῶν P I 307 Ἰουδαίων ὥρμηντο κἀκείνους τιμωρησόμενοι. ὁ δὲ τῶν ὁμοφύ-

6 ἡ ἀντιόχεια A. 21 αὐτόθιγενῶν A. 22 ὥρμητο A. δὲ om A.

recensere omnia. unum tamen exponendum est, quomodo cum Antiochenis Iudaeis actum fuerit. nam multum Iudaicae gentis per totum orbem terrarum est dispersum: saepe capta est et ubique dissipata, ut iam exposuimus: maxima tamen pars Syriae propter vicinitatem est immista, et Antiochia, cum ob urbis amplitudinem tum propter liberam ibi habitandi facultatem ab Antiochi successoribus impetratam, plures Iudaeos inquilinos habuit quam aliae civitates. nam Antiochus Epiphanes Hierosolyma vastavit et templum spoliavit, qui autem secuti sunt reges eis concesserunt ut ex aequo cum Graecis participes urbis essent. itaque in magnam multitudinem excreverunt, multis subinde Graecis ad suam religionem perductis.

Caeterum quo tempore bellum Hierosolymitanum erupit et Vespasianus in Syria appulit, omnibus Iudaeorum odio flagrantibus, tunc Iudaeus quidam Antiochus, Iudaeorum Antiochenorum principis filius, in concionem Antiochenorum progressus et patrem et caeteros Iudaeos accusavit, eos de incendenda tota urbe deliberasse; et peregrinos quosdam Iudaeos ut eius consilii conscios tradidit. plebs Antiochena traditos Iudaeos statim exussit, ad indigenas quoque Iudaeos puniendos

Digitized by Google

λων κατήγορος Ἀντίοχος, ἀποστῆναι τῆς πατρίου λέγων θρησκείας, ἔθυεν ὡς νόμος τοῖς Ἕλλησι, παρῄνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖν ὁμοίως βιάζεσθαι· ἔσεσθαι γὰρ φανεροὺς τοὺς ἐπιβουλεύσαντας τῷ μὴ τὴν σφετέραν θρησκείαν ἀπόμνυσθαι. χρωμένων δὲ τῇ πείρᾳ τῶν Ἀντιοχέων, ὀλίγοι μὲν ὑπέκυψαν, οἱ δὲ μὴ ἑλληνίσαι ἀνασχόμενοι διεφθάρησαν. ὁ δ' εἰρημένος Ἀντίοχος καὶ στρατιώτας παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμόνος λαβών, χαλεπὸς ἦν τοῖς ὁμοφύλοις, ἀργεῖν τὴν ἑβδόμην οὐκ ἐπιτρέπων· οὕτω τε
B τὴν ἀνάγκην ἔθετο ἰσχυράν, ὡς μὴ μόνον ἐπ' Ἀντιοχείας τὴν τοῦ σαββάτου ἀργίαν καταλελῦσθαι, ἀλλὰ κἂν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐπί τινα χρόνον τοῦτο ἐπικρατῆσαι.

Οὐ ταῦτα δὲ μόνα τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ δευτέρα προσεγένετο συμφορά. συνέβη μὲν γὰρ καταπρησθῆναι τὴν τῆς πόλεως τετράγωνον ἀγοράν, ἀρχεῖά τε καὶ χαρτοφυλάκια. ὁ δ' εἰρημένος Ἀντίοχος τοῖς Ἰουδαίοις προσῆπτε
W I 220 τὸν ἐμπρησμόν, καὶ τοὺς Ἀντιοχεῖς ὑπόπτους ἔχοντας ἤδη αὐτοὺς
C ἠρέθισε κατ' αὐτῶν· καὶ ὥσπερ ἐμμανεῖς πρὸς τοὺς διαβεβλημένους ἅπαντες ὥρμηντο. μόλις δ' αὐτοὺς κατέσχον τινές, συμβουλεύσαντες Τίτῳ τὴν ὑπόθεσιν ἀναθεῖναι. ἐν τῷ μέσῳ δέ τινες ποιούμενοι ἐπιμελῆ τοῦ πράγματος ζήτησιν, εὗρον τὸ μὲν τῶν Ἰουδαίων γένος ἀναίτιον, πονηροὺς δ' ἀνθρώπους τὸ ἔργον τολμήσαντας διὰ χρεῶν ἀνάγκας, οἰηθέντας, εἰ τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ δημόσια γραμματεῖα ἐμπρήσειαν, ἕξειν ἀπαλλαγὴν τῆς εἰσπράξεως.

1 πατρῴου A. 2 ἔθυεν A, ἔθυσεν PW. 13 γὰρ om A.

concitata. Antiochus popularium suorum accusator, se patriam religionem reliquisse professus, more Graeco immolavit, et populum hortatus est ut caeteros etiam idem facere cogeret: nam ita insidiatores deprehensum iri, si religionem suam eierare nollent. eius rei cum Antiocheni periculum fecissent, pauci cesserunt: qui Graecum ritum repudiarunt, interfecti sunt. idem Antiochus militibus etiam a Romano praeside acceptis saevum se popularibus suis praebuit, otium diei septimi eos agere non passus; eoque necessitatis redegit, ut sabbati ignavia non Antiochiae duntaxat sed in aliis quoque urbibus ad tempus abrogaretur.

Neque vero haec duntaxat Antiochenis Iudaeis acciderunt, sed et alia calamitas accessit. accidit ut quadratum urbis forum, praetoria et tablina cremarentur. cuius incendii idem Antiochus Iudaeos criminabatur, et Antiochenos iam ante male suspicantes contra eos concitavit, ut furiosorum instar omnes contra accusatos ruerent, et aegre a quibusdam reprimerentur, suadentibus ut causam eam Tito disceptandam reservarent. interea quidam re diligenter inquisita gentem Iudaicam insontem reppererunt, et eius facinoris auctores esse homines improbos ob aeris alieni necessitatem, ratos, si curias et publica tablina incendissent, fore neminem a quo appellarentur.

Digitized by Google

Ἐν τούτοις δὲ καὶ ὁ Τίτος ἀφικνεῖτο εἰς Ἀντιόχειαν. καὶ ὁ τῶν Ἀντιοχέων δῆμος προϋπήντα αὐτῷ καὶ εὐφήμει, ταῖς δ' εὐφημίαις συνεῖρε καὶ δέησιν ἐκβαλεῖν ἀξιοῦσαν τοὺς Ἰουδαίους τῆς πόλεως. ὁ δὲ τότε τῶν λεγομένων ἡσυχῇ κατακούων παρῄει, ὕστερον δ' αὖθις σφόδρα λιπαρῶς ἐγκειμένων τῶν Ἀντιοχέων D *ἐξελαθῆναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς πόλεως, "ἀλλ' ἥ γε πατρὶς αὐτῶν" ἔφη, "εἰς ἣν ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐχρῆν, ἀνῄρηται, καὶ δέξαιτ' ἂν αὐτοὺς οὐδεὶς ἔτι τόπος." ἀποτυχόντες οὖν τῆς αἰτήσεως ταύτης, ἐπὶ δευτέραν ἐτράποντο, καὶ τὰς χαλκᾶς ἠξίουν δέλτους ἀναιρεθῆναι, αἷς τὰ δίκαια τῶν Ἰουδαίων ἐγέγραπτο. ἀλλ' οὐδὲ πρὸς τοῦτο Τίτος ἐπένευσε, πάντα δὲ τοῖς ἐπ' Ἀντιοχείας Ἰουδαίοις εἴασεν ὡς πρότερον εἶχον αὐτά. αὐτὸς δ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπιών, καὶ κατὰ τὴν πορείαν τὰ Ἱεροσόλυμα θεασάμενος, ᾤκτειρε τὸν τῆς πόλεως ὄλεθρον, ἐπαρώμενος τοῖς αἰτίοις τῆς ἀποστάσεως, ὡς αἰτίοις τῆς τῆς πόλεως ἐρημώσεως,* P I 308 *πόλεως ἀρχαίας τε καὶ εὐδαίμονος. εὑρίσκοντο δ' ἔτι κἂν τοῖς ἐρειπίοις αὐτοῖς μέρη τοῦ βαθυτάτου πλούτου αὐτῆς. πολλὰ μὲν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι ἀνέσκαπτον, τὰ πλείω δὲ οἱ αἰχμάλωτοι ὑπεδείκνυον, ἅπερ οἱ κεκτημένοι πρὸς τὰς ἀδήλους τοῦ πολέμου ῥοπὰς κατὰ γῆς ἐθησαύριζον.*

28. *Τίτος δ' ἐπ' Αἴγυπτον πορευθεὶς καὶ καταντήσας εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖθεν πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν μέλλων, τῶν αἰχμαλώτων τοὺς ἡγεμόνας Ἰωάννην καὶ Σίμωνα, καὶ ἄλλους*

2 *προσυπήντα* A. 3 *συνῆρε* A. 8 *τόπος ἔτι* A. 15 *ἀποστασίας* A. *τῆς* tertium om A. 17 *αὐτοῖς*] *αὐτῆς* A.

FONTES. *Cap. 28. Iosephi de bello Iudaico* 7 5 § 3—6 § 6.

Interea Titum Antiochiam proficiscentem populus Antiochenus obviam egressus laetis ominibus excipit, mistis precibus de Iudaeis urbe pellendis. is vero tum ea verba placide dissimulans praeteribat: deinde rursus Antiochenis idem acriter flagitantibus "at" inquit "patria eorum, quo revertendum illis esset, eversa est, neque ullus locus est quo recipiantur." hac postulatione frustrati ad aliam convertuntur, petentes ut aereae tabulae, quibus iura Iudaica inscripta erant, tollerentur. sed ne id quidem Titus concessit, Iudaeos Antiochenos omnia quae prius habuerant tenere passus. inde Alexandriam profecturus cum Hierosolyma praeteriret, miseratus est urbis excidium, et defectionis auctores detestatus, ut excidii quoque urbis antiquae et felicis auctores. in cuius ruinis etiam partes ingentis opulentiae reperiebantur, Romanis multa effodientibus; captivis plura demonstrantibus quae possessores ob incertos belli casus terrae mandarant.

28. Titus ex Aegypto et Alexandria in Italiam navigaturus captivorum duces Ioannem et Simonem atque alios septingentos viros

Digitized by Google

ἄνδρας ἑπτακοσίους μεγέθει τε καὶ κάλλει σώματος διαπρέποντας B εἰς τὴν Ἰταλίαν αὐτίκα μάλα ἐκέλευσεν ἄγεσθαι, ἵν' ἐν τῷ θριάμβῳ πληρώσωσι τὴν πομπήν.

Μετὰ δὲ τὴν εἰς Ῥώμην τοῦ Τίτου ἄφιξιν πεμφθεὶς στρατηγὸς εἰς Ἰουδαίαν Λούκιος Βάσσος τὸ μὲν ἐν τῷ Ἡρωδίῳ φρούριον μετὰ τῶν κατεχόντων αὐτὸ προσηγάγετο· εἶτα πᾶν ὅσον ἦν ἐκεῖ στρατιωτικὸν συναγαγὼν ἐπὶ Μαχαιροῦντα στρατεύει. ἦν δὲ τὸ φρούριον τοῦτο λίαν δυσάλωτον, πετρώδης ὢν ὄχθος τετειχισμένος· οὕτω δ' ὑπὸ τῆς φύσεως κατεσκεύαστο ὡς μηδὲ προσιτὸς εἶναι· φάραγξι γὰρ πάντοθεν βαθείαις ἐτετάφρευτο. οὕτω δ' ὀχυρότητος ἔχον, καὶ βασίλειον εἶχεν ἐντὸς μεγέθει τε καὶ κάλλει τῶν οἰκήσεων θαυμαστόν, πολλὰς δὲ καὶ δεξαμενὰς εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῶν τόπων ἐκέκτητο. C πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ πήγανον ἦν ἄξιον διὰ μέγεθος θαύματος· συκῆς γὰρ οὐδεμιᾶς ὕψους καὶ πάχους ἐλείπετο· λόγος δ' ἦν ἀπὸ τῶν Ἡρώδου χρόνων αὐτὸ διαρκέσαι, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἴσως ἔμεινεν ἄν, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν παραλαβόντων τὸν τόπον Ἰουδαίων ἐκκέκοπτο. ἐν δὲ τῇ κατὰ τὴν ἄρκτον τοῦ φρουρίου φάραγγι ὀνομάζεταί τις τόπος Βαάρ, καὶ φύει ῥίζαν ὁμωνύμως καλουμένην αὐτῷ. αὕτη φλογὶ μὲν ἔοικε τὴν χροιάν, περὶ δὲ τὰς ἑσπέρας σέλας ἀπαστράπτει· τοῖς δὲ βουλομένοις λαβεῖν αὐτὴν οὐκ ἔστιν εὐχείρωτος, ἀλλ' ὑποφεύγει καὶ οὐ πρότερον D ἵσταται πρὶν ἄν τις οὖρον γυναικὸς ἢ τὸ ἔμμηνον αἷμα καταχέῃ

5 Λούκιος] sic et Λουκίλιος Iosephi codices. 14 διὰ τὸ μ. A. 18 τὸν τόπον om A. 20 μὲν φλογὶ A. 23 τὸ ἔμμηνον αἷμα A Iosephus, τὸ αἷμα τὸ ἔμμηνον PW.

proceritate et elegantia corporum praestantes statim in Italiam duci iussit ad explendam triumphi pompam.

Tito Romam reverso Lucius Bassus praetor in Iudaeam missus castello Herodio deditione capto omnes eius provinciae copias contra Machaeruntem castellum munitissimum parat. est enim in petroso tumulo situm, moenibus obseptum, itaque a natura paratum ut nec accessus in id pateat, profundis vallibus tanquam fossis cinctum. neque vero munitione duntaxat sed et ob regiam magnitudine et elegantia conclavium insignem admirandum fuit, et multas cisternas idoneis locis ad pluviam aquam excipiendam habuit. in regia quoque ruta fuit mirae magnitudinis, nulla ficu vel altitudine vel crassitudine inferior, quae ab Herodis durasse temporibus ferebatur, et longissimo forsan tempore mansisset, nisi a Iudaeis, qui locum illum occuparant, excisa fuisset. in castelli valle septentrionali Baar locus est qui radicem gignit eiusdem nominis, colore flammeo, vesperi iubar quoddam eiaculantem, sed captu difficillimam. refugit enim neque prius consistit quam primum mulieris aut ur-

αὐτῆς. καὶ τότε δὲ τοῖς ἁψαμένοις θάνατός ἐστι προφανής, εἰ W I 221 μὴ τύχῃ τις αὐτὴν ἐκείνην ἀπενεγκάμενος τὴν ῥίζαν ἀπηρτημένην ἐκ τῆς χειρός. ἁλίσκεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἀκινδύνως. κύκλῳ γὰρ αὐτὴν περιορύσσουσιν, ὡς εἶναι τὸ τῇ γῇ κρυπτόμενον τῆς ῥίζης βραχύτατον, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἀποδοῦσι κύνα, κἀκείνου τῷ δήσαντι συνακολουθεῖν ὁρμήσαντος, ἡ μὲν ἀνασπᾶται ῥᾳδίως, θνήσκει δ' εὐθὺς ὁ κύων· φόβος δ' οὐδεὶς τοῖς μετὰ ταῦτα λαμβάνουσιν. ἔστι δὲ διὰ μίαν ἰσχὺν περισπούδαστος. τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια καί τισιν εἰσδυόμενα αὕτη ταχέως ἐξελαύνει, κἂν μόνον τοῖς νοσοῦσι προσενεχθῇ.

Τοῦτο τὸ φρούριον ὁ Βάσσος παραστήσασθαι θέλων, τὴν P I 309 πρὸς ἀνατολὰς αὐτοῦ φάραγγα χῶσαι ἀπεπειρᾶτο. οἱ δ' ἐναπειλημμένοι τῶν Ἰουδαίων ἔνδον ἀπὸ τῶν ξένων διακριθέντες ἐκείνους μὲν ἠνάγκασαν ἐν τῇ κάτω πόλει παραμένειν, τὸ δ' ἄνω φρούριον εἶχον αὐτοί. ἐποιοῦντο μέντοι τὰς ἐξόδους προθύμως ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ τοῖς τυχοῦσι συμπλεκόμενοι πολλοὶ μὲν ἔθνησκον, πολλοὺς δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀνῄρουν πονοῦντας ἐπὶ τοῖς χώμασιν.

Ἐκ δέ τινος συντυχίας ἡ τοῦ φρουρίου παράδοσις γέγονε καὶ τῶν χωμάτων χωρίς. νεανίας τις ἦν ἐν τοῖς πολιορκουμένοις τόλμῃ θρασὺς καὶ κατὰ χεῖρα δραστήριος Ἐλεάζαρ καλούμενος, ὃς ἐξιέναι καὶ κωλύειν τὴν χῶσιν παρακαλῶν τοὺς πολλούς, ἐν B ταῖς μάχαις ἐπιφανέστατος γέγονε, πολλὰ δεινὰ τοὺς Ῥωμαίους

4 τὸ add A. 9 αὕτη A, αὐτῇ PW. 23 δεινὰ add A Iosephus. τοῖς Ῥωμαίοις A.

guinem menstruum affuderis: ac tum eam attingentibus indubia mors imminet, nisi quis eam radicem de manu suspensam abstulerit. capitur etiam alia ratione citra periculum. nam undique eam circumfodiunt, ut eius quam minimum terra tegatur; deinde canem ei alligant, qui, cum dominum suum comitari cupit, illa facillime evulsa statim moritur. accipientibus vero eam post nihil est periculi. expetitur autem ob unam virtutem: nam quae daemonia vocantur et quosdam intrant, si modo aegrotantibus admoveatur, facile expellit.

Id castellum Bassus subigere cupiens, vallem orientalem aggesta terra explere instituit. Iudaei obsessi, a peregrinis separati, illos in urbe inferiore manere coegerunt, superius castellum ipsi tenuerunt. ac quotidianas eruptiones fecerunt et cum obviis congressi sunt: nec ipsorum duntaxat multi perierunt, sed et Romanos multos in aggeribus laborantes occiderunt.

Casu tamen quodam factum est ut castellum sine aggeribus dederetur. inter obsessos adolescens fuit Eleazarus, animo confidens et manu strenuus, qui populum ad eruptiones et aggerem prohibendum hortari solitus in praeliis illustrissimus evaserat, Romanisque multas

Digitized by Google

διατιθείς. καί ποτε τῆς μάχης διακριθείσης αὐτὸς μείνας ἔξω τῶν πυλῶν τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους ὡμίλει. Ῥοῦφος δέ τις τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοπέδου, τὸ γένος Αἰγύπτιος, ἐξαίφνης ἐπιδραμών, σὺν ὅπλοις αὐτοῖς τὸν Ἐλεάζαρ ἀράμενος φθάνει μεταθεὶς εἰς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. τοῦ δὲ στρατηγοῦ γυμνωθῆναι κελεύσαντος αὐτὸν καὶ μαστίζεσθαι βλεπόντων τῶν ἐκ τῆς πόλεως, ἀθρόον ἡ πόλις ἀνῴμωξε. τοῦτο κατὰ τῶν πολεμίων ὁ Βάσσος στρατήγημα ἐποιήσατο, καὶ σταυρὸν προσέταξε καταπήγνυσθαι, C ὡς αὐτίκα κρεμάσων τὸν Ἐλεάζαρον. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ φρουρίου ὁρῶντες ὠδυνῶντο μᾶλλον καὶ ἀνῴμωζον διωλύγιον. καὶ ὁ Ἐλεάζαρ ἱκέτευε σφᾶς, μήτ' αὐτὸν περιιδεῖν οὕτω θνήσκοντα, καὶ ἑαυτοῖς τὴν σωτηρίαν προμηθεύσασθαι, εἴξασι τῇ Ῥωμαίων ἰσχύϊ καὶ τύχῃ. οἱ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου κατακλώμενοι λόγους, καὶ πολλῶν ἔνδον ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένων (ἦν γὰρ ἐκ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανθρώπου συγγενείας), εἰς οἶκτον ἐνέδωκαν. καὶ στείλαντες τὴν τοῦ φρουρίου παράδοσιν ἐπηγγέλλοντο, ἵνα ἀδεεῖς ἀπαλλάττωνται, τὸν Ἐλεάζαρ λαβόντες.

Δεξαμένου δὲ τοῦ στρατηγοῦ ταῦτα, οἱ ἐν τῇ κάτω πόλει τὴν γινομένην ἰδίᾳ τοῖς Ἰουδαίοις πυθόμενοι σύμβασιν, ἀποδράναι D νυκτὸς αὐτοὶ ἐβουλεύσαντο. καὶ τὰς πύλας αὐτῶν ἀνοιξάντων, παρὰ τῶν τὴν ὁμολογίαν πεποιημένων πρὸς τὸν Βάσσον ἧκε μήνυσις. οἱ μὲν οὖν τῶν ἐξιόντων ἐρρωμενέστατοι ἔφθασαν

6 αὐτὸν om A. 7 ἀθρόα A. 9 ἐλεάζαρ A. 11 ἱκέτευε A cum Iosepho, ἱκέτευσε PW.

clades intulerat. aliquando autem cum praelio dirempto extra portas cum iis qui in muro erant colloqueretur, Rufus quidam Romanus miles genere Aegyptius subito accurrit, et Eleazarum cum ipsis armis sublatum celeriter in castra Romanorum transfert. quem cum dux nudari et in conspectu civium flagris caedi iussisset, universa civitas ingemuit. ea re Bassus opportune contra hostes usus crucem defigi iussit, quasi Eleazarum statim in eam vellet tollere. quo conspecto ii qui in castello erant magis doluerunt, maximis suspiriis editis. Eleazarus quoque rogavit ne se ita mori sinerent, et suae ipsorum salutis memores Romanorum viribus et fortunae cederent. illi et Eleazari verbis fracti et multorum pro eo deprecantium precibus (erat enim ex magna et populosa familia) adducti ad commiserationem deflexerunt, missisque legatis castelli deditionem promiserunt, si accepto Eleazaro salvis discedere liceret.

Eam condicionem ubi dux acceperat, qui inferiorem urbem tenebant, audita Iudaeorum privata pactione fugam noctu capessere statuerunt; et cum portas aperuissent, ab iis qui cum Basso pepigerant proditi sunt. ac fortissimi quique evaserunt; intus vero deprehensi ad

Digitized by Google

διεκπεσεῖν, τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων ἄνδρες μὲν ἀνῃρέθησαν ἐπὶ χιλίοις ἑπτακόσιοι, γύναια δὲ καὶ παῖδες ἠνδραποδίσθησαν. τὰς δὲ πρὸς τοὺς παραδόντας τὸ φρούριον ὁμολογίας φυλάσσων ὁ Βάσσος, αὐτούς τε ἀφῆκε καὶ τὸν Ἐλεάζαρ ἀπέδωκε.

Ταῦτα διαπραξάμενος ἠπείγετο ἐπὶ τὸν λεγόμενον Ἰάρδην δρυμόν· πολλοὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν ἦσαν τῶν κατὰ τὰς πολιορκίας πρότερον ἀποδράντων. ἐλθὼν οὖν ἐπὶ τὸν τόπον, κυκλοῦται P I 310 αὐτὸν τοῖς ἱππεῦσιν ἅπαντα, τοὺς δὲ πεζοὺς δενδροτομεῖν τὴν ὕλην ἐκέλευσεν. οἱ δ' ἐκεῖ προσπεφευγότες Ἰουδαῖοι ἀθρόοι μετὰ βοῆς ἀΐξαντες ἐνέπιπτον τοῖς κυκλωσαμένοις αὐτούς. ὡς δὲ καρτερῶς αὐτοὺς ἐκεῖνοι ἐδέχοντο, χρόνος μὲν οὐ βραχὺς τῇ W I 222 μάχῃ ἐτρίβη, τέλος δὲ αὐτῇ οὐχ ὅμοιον τοῖς ἐναντίοις ἀπέβη μέρεσι. Ῥωμαίων μὲν γὰρ ἔπεσον δώδεκα ὀλίγοι δ' ἐτρώθησαν, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἐκ τῆς μάχης ταύτης οὐδεὶς διέφυγεν, ἁλόντες δὲ καὶ τρισχιλίων οὐχ ἧττους πάντες ἀπέθανον.

Βάσσος μέντοι καὶ Λεβέριος Μάξιμος, ὃς ἦν ἐπίτροπος, πᾶσαν τὴν γῆν ἀποδόσθαι τῶν Ἰουδαίων παρὰ Καίσαρος ἐκελεύσθησαν. ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ἀπὸ τῆς στρατείας διαφειμένοις B χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν Ἐμαούς, ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους τριάκοντα. φόρον δὲ τοῖς ὁπουδήποτε οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέταξε δύο δραχμὰς ἕκαστον ἐτησίως εἰσφέρειν εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν συνετέλουν.

5 ἴαρδιν W. 8 τοῖς om A. 13 γὰρ om A. 19 ἐμαοῦς A, Ἀμμαοῦς Iosephus.

mile septingentos sunt occisi: mulieres et pueri sub corona venierunt. dediticiis vero Bassus fidem servavit, ipsis dimissis et Eleazaro reddito.

His confectis ad Iardium saltum properavit, quo multi ex prioribus obsidionibus elapsi se contulerant. eum igitur locum equitibus undique circumdat, pedites arbores succidere iubet. Iudaei vero qui illo confugerant conferti cum clamore in Romanos irruerunt: a quibus cum fortiter excepti essent, non parum temporis in pugna tractum est. sed eventus eius adversis partibus non ex aequo respondit: nam ex Romanis duodecim ceciderunt, pauci vulnerati sunt; Iudaeorum nullus evasit, et cum non infra tria milia capta essent, omnes perierunt.

Bassus et Liberius Maximus procurator a Caesare omnem Iudaeorum terram vendere iussi sunt: octingentis duntaxat emeritis Emmauntem castellum, triginta stadia Hierosolymis dissitum, incolendum tradidit. et Iudaeos ubicunque degentes quotannis binas quemque drachmas in Capitolium inferre iussit, quemadmodum prius in templum Hierosolymitanum conferre consuevissent.

29. *Βάσσου δὲ τελευτήσαντος Φλάβιος Σίλβας διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. ὃς ἐπὶ Μασάδαν τὸ φρούριον ἐστράτευσε, μόνον ἔτι τῶν ἀφεστηκότων περιλειφθέν. κατεῖχον δὲ τοῦτο σικάριοι, ὧν προειστήκει δυνατὸς ἀνὴρ Ἐλεάζαρ, ἀπόγονος Ἰούδα τοῦ*
C *πείσαντος πολλοὺς Ἰουδαίων μὴ πείθεσθαι ταῖς ἀπογραφαῖς ἐπὶ Κυρηνίου. καὶ τῆς μὲν χώρας εὐθὺς ἐκράτει, τὸ δὲ φρούριον τείχει περιεκύκλωσε, τὴν εἰς φυγὴν ἔξοδον τοῖς ἔνδον ἀποφραγνύς. εἶτα πρὸς πολιορκίαν ἐτράπετο, καὶ χῶμα χώσας ἔνθα δυνατὸν ἦν (ἐπὶ πέτρας γὰρ ὑψηλῆς τὸ φρούριον ᾠκοδόμητο, φάραγξι βάθος ἐχούσαις ἄπειρον ἐστεφανωμένης), ἐπήγαγε τὴν ἑλέπολιν καὶ διέρρηξε μέρος τοῦ τείχους. ὤφθη δ' ἕτερον ἐντὸς ὑπὸ τῶν σικαρίων ἀντοικοδομηθὲν τοιοῦτον οἷον μηδὲ ταῖς ἐμβολαῖς εἴξειν μέλλον τῶν ἑλεπόλεων. ἐκ ξύλων γὰρ ἦν δύο στίχους παραλλήλους ἐχόντων, ὧν μέσον συνεφόρουν τὸν χοῦν. αἱ γοῦν*
D *τῶν μηχανημάτων ἐμβολαὶ οὐ μόνον οὐ διερρήγνυον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ στερρότερον τῷ σάλῳ συνιζάνον εἰργάζοντο· διὸ τοῖς στρατιώταις ὁ Σίλβας λαμπάδας καιομένας ἀκοντίζειν ἀθρόους παρεκελεύσατο. τὸ δὲ πεποιημένον ἐκ ξύλων τοῦ πυρὸς ἀντελάβετο καὶ φλόγα πολλὴν ἀνῆκε. τὸ μὲν οὖν πρῶτον πνέων βορρᾶς ἄνωθεν εἰς τοὺς Ῥωμαίους τὴν φλόγα ἐπήλαυνε, καὶ μικροῦ τῶν*

10 ἐστεφανωμένης A, ἐστεφανωμέναις PW. 12 ὑπὸ] παρὰ A. 13 εἴξειν A, ἥξειν PW. στίχους] τοίχους A. 18 ἀντελαμβάνετο A. 20 ἀπήλαυνε A.

Fontes. *Cap.* 29. *Iosephi de bello Iudaico* 7 8—11. *de Iudaeis sub Hadriano devictis Dio* 69 12. *in extremo capite repetitur pars Praefationis p.* 12 *v.* 10 *sq.*

29. Basso defuncto Flavius Silva provincia suscepta Masadam castellum, solum adhuc ex iis quae defecerant reliquum, obsidere instituit. tenebatur autem a sicariis, quibus vir potens praeerat Eleazarus, ex Iudae illius posteritate qui sub Cyrenio multis persuaserat ne descriptionibus parerent. ac regione statim potitus ipsum castellum muro circumdedit ad fugam intercludendam. deinde ad oppugnationem conversus et qua poterat aggere excitato (castellum enim in alto saxo erat exstructum, vallibus infinitae profunditatis coronato) machinis adductis muri partem perfregit. sed alium sicarii intus exstruxerant qui ictibus arietum cessurus non esset: constabat enim ex lignis duplici serie inter se connexis, in quorum medium terram ingerebant. quem cum machinarum ictus non modo non perrumperent, sed ex concussione, illa desidente materia, firmiorem redderent, Silva milites hortatus est ut crebras faces ardentes iacularentur. tum murus ligneus igne concepto magnam flammam edidit, quam boreas spirans principio superne ad Romanos devolvebat, adeo ut machinas propemodum incenderet,

Digitized by Google

μηχανημάτων ἥψατο ἄν· ἔπειτα νότος ἀντιπνεύσας πολὺς τῷ τείχει ταύτην προσέβαλε, καὶ ἅπαν ἤδη κατέφλεκτο. ἐπὶ τούτοις οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν τοῖς πολεμίοις ἐπιχειρεῖν P I 311 ἔμελλον, Ἐλεάζαρ δὲ τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ διαλεχθεὶς ἔπεισε πάντας τάς τε γυναῖκας ἑαυτῶν καὶ τὰ τέκνα ἀνῃρηκότας ἐκείνοις ἐπαπελθεῖν ἕκαστον. καὶ δὴ τούτου δόξαντος, ὁμοῦ τε τὰς γυναῖκας ἠσπάζοντο καὶ τὰ τέκνα προσηγκαλίζοντο, τοῖς φιλήμασιν ἐμφυόμενοι καὶ δακρύοντες, καὶ διεχειρίζοντο τὰ φίλτατα ταῖς χερσίν, ὡς μή τι σφίσι προσήκοντα. εἶτα τὴν κτῆσιν ἅπασαν συναθροίσαντες πῦρ ἐνέβαλλον εἰς αὐτήν. κλήρῳ δ' ἑλόμενοι δέκα τοὺς ἐσομένους σφαγεῖς ἁπάντων, ὑπ' αὐτῶν ἕκαστος B ἐπὶ τοῖς φιλτάτοις ἐκτίννυτο. εἶτ' αὖθις ὁ κλήρῳ λαχὼν τοὺς ἐννέα διαχρησάμενος, καὶ κύκλῳ περιαθρήσας μήπου τις ζωὸς περιλέλειπται, ὡς ἔγνω πάντας ἀνῃρημένους, πῦρ μὲν τοῖς βασιλείοις ἐνίησιν, ὅλον δὲ τὸ ξίφος ἐλάσας δι' ἑαυτοῦ πλησίον τῶν οἰκείων κατέπεσε. καὶ οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν ὑπειληφότες μή τινα ζῶντα καταλειφθῆναι, ἔλαθεν δὲ γυνὴ πρεσβῦτις καί τις ἑτέρα καὶ πέντε παιδία τοῖς ὑπονόμοις κατακρυφθέντα. ἦν δὲ τὸ τῶν σφαγέντων πλῆθος σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ διακόσιοι πρὸς ἑξήκοντα.

Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προσβολὴν ἕωθεν ἐποιοῦντο· βλέποντες W I 223 δ' οὐδένα τῶν πολεμίων, πολλὴν δ' ἔνδον ἠρεμίαν καὶ πῦρ C ἀναπτόμενον, διηπόρουν. καὶ τέλος ἠλάλαξαν, εἴ τινα τῶν

7 τὰ om A. 8 ἐμφορούμενοι A. 13 διαχειρισάμενος A. 17 ἔλαθον A, ἔλαθε Iosephus. ἑτέρα A, ἑταίρα PW. Iosephus καὶ συγγενὴς ἑτέρα τις Ἐλεαζάρου, φρονήσει καὶ παιδείᾳ πλείστων γυναικῶν διαφέρουσα. 19 διακόσιοι πρὸς ἑξήκοντα] ἑξήκοντα πρὸς τοῖς ἐννακοσίοις (vel πεντακοσίοις) Iosephus.

deinde vehemens auster contra exortus eandem ad murum reiecit. quo penitus consumpto cum Romani postridie hostes aggressuri essent, Eleazarus militibus suis persuasit ut quisque uxoribus et liberis suis interfectis ipsi quoque sibi manus afferret. eo consilio probato simul uxores salutarunt et liberos amplexi sunt, osculis eorum cum fletu inhaerentes, simul carissimos suos suis manibus tanquam alieni peremerunt. deinde opes universas congestas in ignem coniecerunt, et decem viris sorte delectis a quibus omnes mactarentur, quisque super carissimis suis occubuit. deinde unus, cui id sorte evenerat, novem sociis interfectis, lustratisque angulis omnibus ne quis forte vivus relictus esset, ut intellexit omnes occisos esse, regiam incendit, et adacto per totum corpus ense prope suos occidit. et illi quidem perierunt, neminem vivum relictum esse credentes: sed una mulier senior et alia quaedam et quinque pueri in cavernis abditi eos latuerant. interfecti cum mulieribus et pueris fuere 260.

Romani cum mane impetum in castellum facerent nec ullum hostem cernerent, intus autem tranquilla essent omnia et ignis arderet,

Digitized by Google

ἐντὸς προσκαλέσαιντο. τῆς δὲ βοῆς αἴσθησις ταῖς γυναίοις ἐγένετο, κἀκ τῶν ὑπονόμων ἀναδῦσαι τὰ πραχθέντα τοῖς Ῥωμαίοις ἐμήνυον· οἱ δ' ἠπίστουν. ὡς δὲ τῶν βασιλείων παρῆλθον ἔνδον καὶ τοῖς ἀνῃρημένοις ἐνέτυχον, ἐθαύμαζον τὴν γενναιότητα τῶν ἀνδρῶν καὶ τοῦ θανάτου τὴν καταφρόνησιν.

Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ τῆς Μασάδας ἐγένετο ἅλωσις· καὶ κατὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρειαν πολλοὺς ἀποθανεῖν Ἰουδαίους συμβέβηκεν. οἱ γὰρ ἐκ τῆς στάσεως τῶν σικαρίων [D] καταφυγόντες ἐκεῖ πολλοὺς τῶν ὑποδεξαμένων ἔπειθον τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι. εἰ δέ τινες αὐτοῖς τῶν οὐκ ἀφανῶν Ἰουδαίων ἀντέβαινον, τοὺς μὲν ἔκτεινον τοὺς δ' ἄλλους πρὸς ἀποστασίαν προεκαλοῦντο. οἱ δὲ τῆς γερουσίας πρωτεύοντες εἰς ἐκκλησίαν τοὺς Ἰουδαίους ἀθροίσαντες ἤλεγχον τὴν τῶν σικαρίων ἀπόνοιαν, καὶ φυλάξασθαι τὸ πλῆθος παρεκάλουν τὸν ἐξ αὐτῶν ὄλεθρον, παραδοῦναι δὲ Ῥωμαίοις αὐτούς. ἐπείσθη τοίνυν τὸ πλῆθος τοῖς λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς σικαρίους ἀΐξαντες συνήρπαζον αὐτούς. καὶ ἑάλωσαν μὲν περὶ ἑξακοσίους, ὅσοι δὲ τότε διέφυγον οὐκ εἰς μακρὰν συλληφθέντες ἐπανήχθησαν. καὶ πάσης [P I 312] αὐτοῖς ἐπενεχθείσης βασάνου ὅπως Καίσαρα δεσπότην ὁμολογήσωσιν, οὐδεὶς ἐνέδωκεν, ἀλλὰ πάντες τὴν γνώμην ὑπερτέραν τῆς ἀνάγκης ἐτήρησαν. μάλιστα δ' ἡ τῶν παίδων ἡλικία τοὺς θεωμένους ἐξέπλησσεν· οὐδὲ γὰρ ἐκείνων τις ἐξενικήθη Καίσαρα δεσπότην ἐξονομάσαι.

11 δ' ἄλλους] δὲ A. 15 αὐτούς A cum Iosepho, ἑαυτοὺς PW. 21 τῶν θεωμένων A. 22 ἐξέπληξεν A Iosephus. οὐδὲ γὰρ οὐδ' A.

animi dubii tandem clamorem sustulerunt, ut aliquem elicerent. quo clamore mulierculae e cavernis excitae Romanis quid actum esset exposuerunt. neque vero illi crediderunt, donec regiam ingressi visis interfectis generosam virorum indolem et mortis contemptum sunt admirati.

Atque ad hunc modum expugnata est Masada: accidit autem ut Alexandriae quoque in Aegypto multi Iudaei caederentur. nam factio sicariorum eo profuga multis hospitum suorum persuaserat ut se in libertatem assererent. si qui vero ex Iudaeis haud ignobilibus refragarentur, illis occisis caeteros ad defectionem hortabantur. principes vero senatus, Iudaeis ad concionem vocatis, sicariorum desperationem arguebant, et populum hortabantur ut exitium ab illis imminens caverent, eosque Romanis dederent. paruit multitudo, et in sicarios impetu facto ad 600 eorum comprehendit. qui vero tum effugerant, non multo post capti reductique sunt: et cum omnis generis tormentis excruciarentur, a nullo extorqueri potuit ut Caesarem dominum agnoscerent, sed omnes animos necessitate superiores conservarunt. in primis tamen puerorum aetas spectatores obstupefecit: nam ne ab illorum quidem ullo exprimi potuit ut Caesarem dominum appellaret.

Digitized by Google

Ἥψατο δὲ καὶ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων ἡ τῶν σικαρίων ἀπόνοια. διεκπεσὼν γὰρ εἰς αὐτὴν Ἰωνάθης πονηρότατος ἄνθρωπος τὴν τέχνην ὑφάντης, τινὰς τῶν ἀπόρων ἀνέπεισε προσέχειν αὐτῷ, καὶ προήγαγεν εἰς τὴν ἔρημον, σημεῖα δείξειν καὶ τέρατα ὑπισχνούμενος. οἱ δὲ τῶν ἐπὶ Κυρήνης Ἰουδαίων πρωτεύοντες Κατύλλῳ τῷ τῆς Κυρήνης ἡγεμόνι ταῦτα ἀγγέλλουσιν. B ὁ δὲ στρατιώτας ἀποστείλας συνέσχε τοὺς μετὰ Ἰωνάθου. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωνάθης τότε μὲν διέφυγεν, ἐπιμελῶς δὲ ζητηθεὶς ἥλω, καὶ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἑαυτῷ μὲν ἐμηχανᾶτο τῆς τιμωρίας ἐξάλυξιν, τῷ Κατύλλῳ δὲ ἀφορμὰς ἀδίκων κερδῶν περιεποιήσατο. τοὺς γὰρ πλουσιωτάτους τῶν Ἰουδαίων ἔλεγε, καταψευδόμενος αὐτῶν, διδασκάλους αὐτῷ τῶν δρωμένων γενέσθαι· καὶ ὁ ἡγεμὼν προθύμως ἐδέχετο τὰς διαβολάς. πρὸς δὲ τῷ πιστεύειν ῥᾳδίως καὶ τὴν ψευδῆ κατηγορίαν τοὺς σικαρίους ἐδίδασκε· καὶ πολλῶν κατεῖπον ὑπ' ἐκείνου ὑποβαλλόμενοι.

Ἐνταῦθα μὲν οὖν τότε τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐτελεύτησε πάθη, C ὑπὸ Ῥωμαίων τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν τελευταίαν ὑποστάσης ἅλωσιν. καὶ αὖθις δὲ Αἰλίου τῶν Ῥωμαίων κρατοῦντος Ἀδριανοῦ ἐστασίασαν Ἰουδαῖοι καὶ κατὰ Ῥωμαίων ὡπλίσθησαν. ἀλλὰ καὶ τότε ἡττήθησάν τε καὶ ἐξετρίβησαν, πολλῶν φθαρεισῶν μυριάδων, ὡς λίαν περιλειφθῆναι βραχεῖς, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις ἱστορηθήσεται.

11 ἐποιήσατο A. 14 τῷ] τὸ A. 17 ἐτελεύτησαν A.
23 ἱστορηθήσεται] lib. 11 c. 23 p. 589.

Sicariorum desperationis contagium etiam Cyrenen invasit. nam cum Ionathas vir improbissimus, arte textor, eo evasisset, aliquot pauperes sibi conciliatos in desertum eduxit, prodigia et signa editurum pollicitus. eam rem Cyrenensium Iudaeorum proceres Catullo praesidi nuntiarunt: qui militibus missis Ionathae coniuratos comprehendit. ipse Ionathas tum quidem effugit, sed diligenti indagatione captus et ad praesidem perductus id confecit ut ipse supplicium effugeret et Catullo iniquorum emolumentorum ansas praeberet. ditissimos enim Iudaeos eorum facinorum sibi auctores exstitisse falso asserebat: quas calumnias praeses alacriter amplexus, praeter eam credulitatem sicarios eandem calumniam edocebat; qui ab illo subornati multos accusarunt.

Ac Iudaeorum calamitates tum hunc finem habuerunt, Hierosolymis a Romanis extremum eversis. post sub Aelio Hadriano imperatore rursus per seditionem arma contra Romanos ceperunt, sed tum quoque victi attritique sunt, multis milibus interfectis, perpaucis superstitibus: id quod suo loco referetur.

Digitized by Google

W II 3 Ῥωμαίων δὲ μνησθείσης τῆς ἱστορίας καὶ τούτοις κράτος ἀναθεμένης ἀήττητον, ἀναγκαῖον πάντως εἰπεῖν καὶ διδάξαι ἢ D ἀναμνῆσαι τοὺς ἐντευξομένους τούτῳ δὴ τῷ συγγράμματι, τίνες τε οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὅθεν τὸ τούτων ἔθνος συνέστη τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πόθεν τὴν κλῆσιν ἔσχε, καὶ τίσι πολιτείαις ἐχρήσατο, καὶ οἵαις τύχαις ἐνέκυρσε, καὶ ὅπως προὔκοψεν εἰς εὐδαιμονίας ἀκρότητα ὡς μικροῦ κυριεῦσαι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης καὶ τὸ κράτος κατὰ πάντων σχεδὸν ἀναδήσασθαι, καὶ ὅπως βασιλευθὲν ἐξ ἀρχῆς εἰς ἀριστοκρατίαν ἤτοι δικτατορίας καὶ ὑπατείας μετέπεσε, καὶ εἰς δημοκρατίαν αὖθις μετήνεκτο, εἶτα εἰς μοναρχίαν ἐπανελήλυθεν. ῥητέον μοι τοίνυν καὶ περὶ τούτων καὶ διηγητέον ὡς ἐνὸν ἐπιτέμνοντι τὸ πλάτος τῆς διηγήσεως καὶ τὴν μακρηγορίαν συστέλλοντι, ἵν' εἶεν εὐσύνοπτα τὰ τῆς ἱστορίας καὶ τὴν τῶν ἐπιόντων ταῦτα μνήμην μὴ διαφεύγοιεν.

1 ante Ῥωμαίων inscriptio περὶ τῆς ἀρχαιογονίας Ῥωμαίων CW. 4 τὸ prius add A. συνέστη τὸ ABCW, συνέστητο P. 7 μικρῷ A. 9 ἀριστοκρατίαν A, ἀριστοκρατείαν PW. 10 δημοκρατίαν A, δημοκρατείαν PW. 11 ἐπανελήλυθεν A, ἐνανελήλυθε C, ἀπανελήλυθε PW. 14 ταῦτα om A. μὴ om C.

Iam cum Romanorum mentionem fecerit historia, eisque potentiam invictam tribuerit, omnino necessarium est dicere ac docere aut admonere lectores, qui sint Romani, quae gentis origo, unde nomen habeat, quibus rerum publicarum formis usa, quibus casibus iactata sit, quibus rationibus ad summam felicitatem adscenderit, ut toti fere terrarum orbi imperarit suamque potestatem ad omnes paene propagarit, et ut principio regibus paruerit ac post ad optimatium potestatem sive dictaturam et consulatum reciderit, deinde rursus ad democratiam devoluta mox ad monarchiam sit reversa. de his igitur etiam dicendum est, prolixitate narrationis quantum fieri potest in compendium contracta vitataque verborum multitudine, ut historia et facile intelligi et memoria teneri queat.

Digitized by Google

N O T A E.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI.

Eiusmodi sunt qui generalem praesertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonarae quos modo recudimus Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant, cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis lectorem fatigaret observationibus quam labore quovis sublevaret. ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quae ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat nec pleniori oratione conscribantur. continua gestorum series et secundum certiores temporum notas digesta in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat qui prolixiores expetierit narrationes, cum eorum qui condunt Annales praecipuum sit consilium ut universali quadam rerum cognitione lectoris animum informent. ita Zonarae illud in primis fuit, ut recte in Praefatione ait Wolfius, "certam quandam historiae quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis voluminibus membra et partes eius in unum quoddam corpus redigendi. delegit enim sibi non omnium sed praecipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel praecipuas duntaxat vel eas quae ad ecclesiae seriem perspiciendam facere videbantur." in hac igitur tot eventuum atque rerum expositione quam Annales complectuntur, qui mundi primordia Veterisque Foederis historias, quae ex sacris libris et ex Iosepho ac Georgio Syncello, aut res Graecanicas vel etiam Romanas, seu rei publicae seu imperii tempora spectentur, ex scriptoribus refert Zonaras, cum iis conferre vellet ac eorum auctoritate firmare qui singulas ex professo pertractarunt, vel quae ille de industria omisit afferre, duo pariter subiret incommoda, ut et nimium diceret nec tamen totum, ut Quintiliani verbis utar. fatendum tamen occurrere interdum in iis multa quae critica indigeant manu, cum in ipsa videlicet narratione, aut in personarum vel locorum nomenclaturis, atque adeo in factis ipsis a suis discedunt authenticis, de quibus lectorem interest admonere. nonnulla sunt praeterea quae locis exoticis possunt adornari, cum lumen sibi invicem plerumque

Digitized by Google

